ria ꝙ fec̄ eũ q̄ſi ericiũ ipleri ſagittis: ita vt mor
tu⁹ ab oib⁹ reputareꝶ. De nocte aũt d̄uoti xpi
ani volẽtes eũ ſepelire: ipʒ viuũ iuenerũt. ⁊ ſe
crete portauerũt eũ ad quãdã domũ. Dicaꝶ
de magno ei⁹ dolore in extrahẽdo ſagittas a
mulierib⁹ ⁊ ponebat vnguẽtũ i vulnerib⁹ in
nomie ieſu xpi: ⁊ curat⁹ fuit. Mõ cogitate qñ
dicebaꝶ ſibi a xpianis ꝙ fugeret. Rñdit. Et q̄
lis miles eẽʒ ſi fugerẽ. Et nũqd xps obuiaʒ
venit crucifixorib⁹ dicẽs. Quẽ q̄ritꝭ: g⁰ bene
poterat dicere: qm̄ ſagitte tue: qꝛ pro xpo eas
recepit: ifixe ſũt mihi ⁊ ꝯfirmaſti ſuꝑ me ma/
nũ tuã. ps̄. xxxvij. Deide cũ Dyocletianus ⁊
Maximian⁹ irẽt adorare ydola: fuit eis obui
am. Qui admirãtes de eo dixit eis. De⁹ ſuſci
tauit me vt repꝛhendã v̄raʒ maliciã. Tũc p̄ce/
pto impatoris fuſtigat⁹ in hipodromio. i. ſta/
bulo coronã martyrij ſuſcepit vꝶ accepit. Uñ
de eo ꝯgrue dꝶ illđ. Btũs vir q ſuffert tẽpta
tiõeʒ: qm̄ cũ ꝓbat⁹ fuerit accipiet coronã vite.
Jaco. i. Moralr̄ ſi volum⁹ coronã glie obti/
nere oʒ hic nos ſagittari ⁊ fuſtigari. Nã icipi
ẽtes deuote viuere. ſagittanꝶ ⁊ fuſtiganꝶ. Uñ
apl's. Oẽs qui pie volũt viuere in xpo ieſu ꝑ/
ſecutionẽ patienꝶ. ij. Thimo. iij. Dicaꝶ de q̄li
bet ſtatu. Statiʒ em̄ ſagittanꝶ irriſionib⁹ ⁊ de
tractiõib⁹ maloꝝ: ⁊ multi timẽt iſtas ſagittas
intãtũ ꝙ nõ audent icipere: ſed nõ ſunt timẽ
de: qꝛ debiles ſunt. Unde dicit Dauid. Sagit
te paruulorũ facte ſunt plage eorum. Dica
tur de baliſtis pueroꝝ ſagittantibus muſcas
⁊c̄. ps̄. lxij. Secundo fuſtigantur p̄mo a dya
bolo ꝑ varias tẽptationes. ſecus de illis q vi
uunt in ſolatijs. Unde Grego. Eos tempta/
re negligit quos quieto iure ſe poſſidere ſen/
tit. Secũdo a carne ꝑ infirmitates ⁊ dolores
ſʒ ꝑ multas tribulationes oʒ nos itrare in re
gnum celorum. Actuum. xiiij.

¶ De ſctã Agnete virgine. Sermo.

Ollaudabo te deũ ſalua
c torẽ meum.
Eccl'i. li. Hoc feſtũ btẽ agneꝶ poſitũ
ẽ int̄ duos martyres. ſ. btũʒ ſebaſtia
nũ ⁊ btũʒ Uicentiũ: qꝛ optie cõuenit vna roſa
alba ꝑ v̄ginalẽ puritatẽ inter duas rubeas ꝑ
martyrij acerbitatem. Et de ipſa erit ſermo. ⁊
habebimus multas bonas doctrinas ꝓ vite
gubernatione. Sed p̄mo ſaluteꝶ v̄go maria.
Thema ꝓpoſitum in ꝑſona btẽ agneꝶ xpo lo
quentis de bñficijs receptis ſibi regratiantis
dicit. Collaudabo te deũ ⁊c̄. Pro cui⁹ decla
ratione ⁊ materie introductione ſciẽdũ ꝙ in
ſacra ſcꝓtura inueniuntur due ſpecies laudis:
vt dic̄ ſanctus Tho. ij. ij. q. xci. arti. i. ſcʒ laus
mentalis: ⁊ laus vocalis. Laus em̄ mentalis
eſt quando homo actualiter ſiue mẽtalit̄ co/
gitat grãs ⁊ bñficia a deo recepta cũ cordis
affectiõe cogitãdo. O q̄t grãs fec̄ mihi deus
Primo quia me creauit creaturã rationaleʒ
ad imaginem ⁊ ſimilitudinem ſuam cum po
tuiſſet me feciſſe lapidẽ: vel lignum vel anial
brutũ: ergo o dñe ⁊ tm̄ teneor vob. Jteʒ quia
de xpianis ⁊ inter xpianos fecit me naſci: q̄a
ſi in infidelibus ⁊ inter infideles fuiſſem na/
tus: etiam fuiſſem damnat⁹ ⁊ fuiſſem infideꝶ
vt ipſi. Jtẽ qꝛ me redemit. Uoluit em̄ ſuſpen
di i ligno crucis ne aliqs ſibi credẽs ⁊ obedi
ens ſuſpendaꝶ in ligno inferni. Jtẽ qꝛ ad ſan/
ctũ baptiſmũ me ꝑduxit. O q̄t ſunt filij xpia
noꝝ q moriunꝶ ſine baptiſmo. Jtẽ de peccatꝭ
q̄ ego feci nõ me ſtatiʒ punit: imo dulciter ad
p̄niam expectat. Jſtam grãʒ dñe angelis pec
cantib⁹ nõ cõceſſiſtis: ⁊ ſic de alijs beneficijs.
Talib⁹ cogitationib⁹ mẽtis abſq; vocali exp̄ſ
ſione deũ laudam⁹. Et iſte ſunt laudes mẽta/
les q̄ multũ placẽt deo. Jſto mõ ſcti angeli ⁊



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

btī q ſunt in celo laudāt deū mētalr̄. De iſta
laude Dauid dī. Laudate dn̄m de celꝰ: lauda
te cū in excelſis. pš. cxlviij. Scđa laus ē voca
lis qn̄ pdicta bn̄ficia a deo accepta nō ſolum
ɔtēplant mēte ſȝ pferunt ore dicendo. O dn̄e
q̄t grās mihi feciſtī. Prio in creatiōe ⁊c. Iſto
duplici mō tenemur deū laudare. Nō qꝛ eēn
tia hūana in duobꝰ cōſiſtit. ſ. in aīa ⁊ corpe: qꝛ
nō eſt hō diſiūctim ſiue diuiſim: ſȝ totū cōpo/
ſitū facit hoīem. ſ. aīa ⁊ corpꝰ. Jō tenemur ad
duplicē laudē. ſ. ad mētalē q̄ eſt principalis ⁊
placet deo. Et ad vocalē. Pria corrn̄det aīe.
ſcđa corpi. Prima nō eſt pfecta ſine ſcđa: nec
ſcđa ſine prima: qꝛ corpꝰ ſine aīa nō eſt hō. Jō
apſs. Offeramꝰ hoſtiā laudis ſemp deo. i. fru
ctū labioꝝ ɔfitētiū noī eiꝰ. ad Heb. vi. Pro/
pter plurima gͦ dona a diuia mīa recepta di
cit btā agnes. Collaudabo. i. ſp mēte vel cor
de vl ore laudabo. ſ. in q̄libet ſpecie laudis: te
deū ſaluatorē meū. Pȝ thēa. Nota ſeptē dōa
magna q̄ deꝰ dedit btē agneti. ſ. primum eſt.
P Sancta charitas.
P Vera fidelitas.
P Digna honeſtas.
P Perfecta puritas.
P Clara ſanctitas.
P Plena firmitas.
P Alta felicitas.
Ex iſtis gratijs ⁊ beneficijs a deo recept̄ dicit
btā agnes in themate xpo regi ⁊ deo ſaluato
ri ſuo. Collaudabo te deū ſaluatorē meum.
¶ Dico prio q btā agnes recepit a xpo ſan/
ctā charitatē. Charitas. n. eſt amor dī. ſuijpſi
us: ⁊ pximi ordinatꝰ. Amor. n. dei dȝ eē in cor
de xpiani ſicut oleū in lampade natans ſup
aquā: oia mūdana deſpiciēs pp deū. Iſtā cha
ritatē hūit btā agnes. Cū. n. eēt puella in ciui
tate rome valde nobil̄ ⁊ veneroſa: recepit tan
tū amorē ⁊ deuotionē ad xpm q ſicut creſce/
bat corpalr̄: ita etiā creſcebat v̄tualr̄ in aīa in
dei amore. Et iſta eſt optia proportio. Vn̄ cū
eſſet. xij. ānoꝝ erat deuotiſſimam aīa ⁊ in cor/
pore. Nō eſt: qꝛ ſicut lucerna criſtallina de ſe
eſt pulchra: pulchrior tn̄ eſt qn̄ cādela ardēs
in ea ponit̄. Ita eſt de pſona q̄ eſt pulchra cor
pore: ſȝ qn̄ intrat tenet cādelā diuine grē pul
chrior efficit̄. Cū aūt ſm ɔſuetudinē antiquā
romanoꝝ puelle nobiles addiſcerēt artes li/
berales in certa ſchola: iuuenes romāi ſemel
voluer̄t videre puellas a ſcholis redeūtes. po
ſuerūt ſe iuxta portā ſchole. Inter quos erat
filiꝰ pfecti. Qui pfectꝰ erat q̄ſi rex: ⁊ ſcđs poſt
impatorē: attēdētes pulchritudinē puellaꝝ.
Lupi. n. libēter vadūt ad cadauera. Inter ali
as āt puellas agnes fuit iudicata pulchrior.
Et intātū filius pfecti adamauit eā q q̄ſi rabi
dus effectus eſt pre amoris magnitudine. Et
vt inclinaret eā ad ɔſentiendum vt eſſet vxor
ſua obtulit agneti iocalia: q̄ cōiter placēt mu
lieribus. Sicut piſcator volens capere piſces
ponit eſcā in hamo quā ſcit piſcibꝰ placabilē.
Btā aūt agnes vidēs ſuas ſtultas ſalutatōes
noluit iocalia recipe: ſȝ ad terrā piecit iocalia
⁊ pedibꝰ calcauit dī. Diſcedite a me pabulū
mortis: qꝛ iā ab alio amatore pūcta ſum: quē
cū amauero caſta ſum: cū accepo: v̄go ſū: cū
tetigero munda ſum. Et ſic eo deſpecto reeſ
ſit. Cogitate qd dixerunt alie puelle ⁊ domi/
celle. O qd erit de iſta ſupbioſa. ⁊ nunq̄d poſ
ſet hre meliorē viꝝ ⁊c. Ecce quō habuit ſctām
charitatē ad chriſtū deſpiciēs pp̄ter amorem
xpi oia mūdana. Et poterat dicere. Regnum
mundi ⁊ oēm ornatū ſeculi contempſi pp̄ter
amorē dn̄i mei ieſu xpi: quē vidi: quē amaui:
in quē credidi: quē dilexi: vt cātat̄ in eccleſia.
Moralr̄ hic hn̄t doctrinam oēs mulieres cu
iuſlibet ſtatus. Si volūt eē caſte ⁊ bone q nō
recipiāt dona a viris: qꝛ dona que recipiūt vē
dunt eas. Sicut. n. piſces capiūtur hamo: ſic
mulieres dono. Mulier pauper vt vidua vel
monialis ſeu puella pōt recipe elemoſynam a
viro. Aliud. n. eſt recipe elemoſynā: aliud io/
cale vel munus. Et hāc drīaȝ potes cognoſcē
ex pte dātis: ex pte dati: ⁊ ex mō dādi. Neq̄
miruȝ ſi mulieres capiunt̄ ⁊ obligant̄ donis.
Quia magni dn̄i ⁊ ſapiētes iudices ⁊ aduo/
cati q volūt eē caſti in iuſtiā caueāt ne mune/
ra recipiāt: qꝛ ⁊ leges ſubuertūt: ⁊ excecāt ocu
los iudicū ⁊ capiūt̄. Jō dixit lex dina: nō acci
pies perſonā nec munera: qꝛ munera excecāt
oculos ſapiētū ⁊ mutāt v̄ba iuſtoꝝ. Iuſte qđ
iuſtū ē pſequeris: vt viuas ⁊ poſſideas terraȝ
quā dn̄s deꝰ tuꝰ dederit tibi. Nō plātabis lu/
cū ⁊ oēȝ arborē iuxta altare dn̄i dei tui. Nec
facies tibi atq̄ ɔſtitues ſtatuā q̄ odit dn̄s deꝰ
tuus. Deut. xvi. Ideo antiquitꝰ qn̄ aliqđ ma/
gnum negocium volebant cōmittere alicui:
pergrebāt iudicē q nō reciperēt dona: ſȝ mō
nō inuenirent̄ hmōi. ¶ Dico ſcđo q ſcđȝ do
num fuit vera fidelitas: qꝛ valde fuit fidelis
ſuo ſponſo dn̄o ieſu xpo: qꝛ nec donis nec p/
miſſis aut minis voluit ipm dimittere cui per
votū caſtitatis ſe dederat: vt pȝ in eius legen
da: vbi ſic dicit̄. Poſtq̄ autē filiꝰ pfecti vidit
ſe ab ea ita deſpectuȝ: lecto pſternit̄ de febre
amoris ſiue rabie. Et per alta ſuſpiria amor a

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

medicis aperuit: dicētes pr̄i. Fili⁹ vr̄ nullū defectū corpalē patit: ſed patit febrē amoris. Et io vos q eſtis pr̄ ei⁹ ſecrete q̄ratis cām iſti⁹. Cū aūt pr̄ introgaſſet cām hui⁹: aperuit fili⁹ corſuū pr̄i: ſibi referēs q̄lr̄ agnes filia tā nobilis ipm deſpexit. Et niſi hēt ipſaȝ vxorē q morerē. Rūdit pr̄. Fili nō dubites: habeas bonā ſpeȝ: qm̄ ipa erit vxor tua vel ꝯcubina: ꝛ ſtatiȝ pfect⁹ miſit p ea. Et btā agnes cū parentibus ꝛ amicis venit corā pfecto. Qui pmo affabilr̄ dixit quō dij feceſt ſibi magnā grām q eēt vxor futura filij ſui: q tn̄ poterat ducē filiā regis in vxorē: ꝛ filia ōba. Cui rn̄dit btā agnes Jā ab alio amatore pūenta ſū. Ipſi eni ſuȝ deſpōſata cui angeli ſuiūt: cui⁹ pulchritudinem ſol ꝛ luna mirāt. Tūc pfect⁹ nouit ipaȝ eē xp̄ianā: ꝛ voluit eā terrorib⁹ iclinare: qꝛ tūc erat maxia pſecutio xp̄ianoꝝ ſiue ꝯ xp̄ianos di. Filia oȝ vnū ex duob⁹ eligē: vel q ſis vxor filij mei: vel tormētis interire. Sed ipa terrentē ſicut blandiētē deridebat dicēs nunq̄ȝ ſe ducē hoiem mortalē in viruȝ. Ecce hic ōa fidelitas ad ſpōſū ſuū. De q̄ dicebat. Annulo ſuo ſubarrauit me dn̄s me⁹ ieſus xp̄s ꝛ tāq̄ȝ ſponſam decorauit me corona. Poſuit ſignū in facieȝ meā: vt nullū pter eū amatorē admittā. Nota ānulo ſuo. Annul⁹ eſt fides xp̄iana figure circularis. qꝛ voluit in duodecim articul. Lapis pcioſus ē meritū fidei. Signū in facie eſt caracter queȝ recepit in baptiſmo. Moralit hic: hn̄t exēplū mulieres maritate ſeu moniales que receperūt xp̄m in ſponſuȝ. Exq̄ eni ſe dederūt vni nō recipiāt aliū. alias eēnt infideles nō ſuādo pmiſſum. Btā aūt agnes lȝ ſecrete xp̄m in ſponſū recepit per votū caſtitatꝭ nō tn̄ fuit excōicata pp ſniam de clādeſtinis. Dicat h⁹ ꝯ h⁹: qꝛ multe clādeſtine deſpōſant: ꝛ poſt timore parentū nō audēt reuelare: cōtrahūt cū alijs: ꝛ nihil faciūt: vl̄ ſi reuelat ꝯdicūt: ꝛ male. Sȝ optia punitio eēt q pr̄ nō daret ſibi dotē exq̄ ſine ſcitu ſui dſpōſauerit ſibi virū. De his dicit ſcriptura. His aūt q in mrimonio iuncti ſunt pcipio nō ego ſȝ dn̄s: vxorē a viro nō diſcedē: q ſi diſceſſerit manē innuptā aut viro ſuo recōciliari: ꝛ vir vxorē nō dimittat. i. ad Cor. vij. ¶ Dico tertio q tertiū bonū ē digna honeſtas: qꝛ de⁹ voluit eā honeſtiſſime ꝯſeruare. Ad practicā dicat ex legenda. Vidēs g⁹ pfect⁹ q nec amore nec timore voluerit ſponſari cū filio ſuo qui morie bat amore ſui: oppoſuit ſibi titulū xp̄ianitatꝭ ꝛ dedit ſniam ꝯ eā. ſ. vt duceret ad lupanar pmiſſo pcone q oēs iuuenes q vellent cuȝ tali domicella hēe placentiam ibi ꝯuenirēt q̄ſq̄ȝ moreret. O q̄lis iudex iſte fuit. Hoc fecit vt ei⁹ fili⁹ ad min⁹ videret eā nudā ꝛc. Iſta ſnia fuit ſibi durior q̄ȝ ſnia mortꝭ. Tūc ipa eleuatis ocul in celū ad ſuū ſponſū ieſuȝ xp̄m flens orauit di. O dn̄e nō placeat vob ꝛ nō ſuſtineatis tantā ꝯfuſionē q iſti īfideles videāt me nudā ꝛ ne corp⁹ meū polluat: tn̄ qꝛ vos dn̄e nudus fuiſtis in cruce: pata ſum ſuſtinē ſicut vob placuerit. Dicat q̄ō cū denudaret tunc viſibilit angeli ſubmiſerūt ei⁹ capillos in tāta dēſitate q ita pfecte fuit coopta ac ſi eſſet veſte iduta Jta q nihil videbat de ei⁹ corpe. Et ſic debuerāt ꝯuertiviſo hoc miraculo ita dixeſt q erat incantatio: ꝛ arte magica hoc factū fuiſſe. Et tūc pcepit pfect⁹ vt ad lupanar duceret. Ducebat aūt ad lupanar vt ouis ad macellū: ꝛ introduxerūt eā in domū cuiuſdā meretricis: ꝛ ibi iuenit angelū circundantē eā tanto lumine vt null⁹ eā pre ſplēdore videret: inducēs ei veſtē candidiſſimā quā ſpōſus ſibi miſit quaȝ iduit grās agēs deo: ꝛ poterat dicē. Gaudēs gaudebo in dn̄o: ꝛ exultabit aīa mea in deo meo: qꝛ induit me veſtimēt. Yſa. lxi. Nota de veſtimētꝭ. ſ. capilloꝝ dēſitate. ſcdo veſte candida. Ecce dignitas honeſta. Jō dicit. Collaudabo ꝛc. Moralit: duplici veſte honeſtatꝭ induere nos debem⁹ exē⁹ btē agnetis. ſ. capillorū dēſitate. Capilli eni ſūt volatiles ꝛ ſignāt cogitatōes volatiles ꝛ diuerſas q̄s iduere debem⁹ p honeſtatē: nihil inhoneſtum cogitare in corde. Scdo in corpe iduamur veſte cādida honeſte ꝯuerſatiōis cauē ab ope immūdicie carnalis. Iſte veſtes ſunt nob neceſſarie: alr̄s qn̄ aīa ſine iſtis apparet corā xp̄o ꝛ ſctis ē ita abominabil q ſtati mittit ad ifernū. Jō dicit Joānes. Beat⁹ qui vigilat ꝛ cuſtodit veſtimenta ſua: ne nudus ambulet ꝛ videāt turpitudinē eius. Apoc. xvi. ¶ Dixi quarto q q̄rtum donuȝ eſt alta ꝛ pfecta puritas. Triplex eſt grad⁹ puritatꝭ. ſ. ꝯiugalis: vidualis: ꝛ ōginal. Vn̄ dicit Beda. Bona eſt caſtitas ꝯiugalis: melior ē ꝯtinētia vidualis: optia eſt pfectio ōginal. Magnā grāȝ fecit creature de⁹ quā ꝯſeruat i puritate ōginitat: cū ſit vitro debilior. Vitrū enim nō frangit niſi tangat: ōginitas aūt ſolo viſu ꝯcupiſcētie ledit. nō tn̄ pditur niſi per op⁹ q̄s voluntarie delectat onē illam veneream fuerit expertus. vt dicit doctor ſanct⁹ in. 2ª. 2ᵉ. q. clj. ar. i. ad quartuȝ. Beata aūt agnes fuit a deo in puritate conſeruata. Unde cum eſſet in dicta domo meretricis: ꝛ multi iuuenes eſſent ibi ꝯgregati: ꝛ aliqui in



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

traſſent ad eã videtes tñ lumen timebant ⁊
egrediebãt. Interi venit ꝑfecti fili⁹ cũ ſodali-
b⁹ ſuis deridẽs alios. igreſſus ẽ audaci. Et vi-
dẽs tñ lumẽ circa virginem ⁊ irruens in eã
in ipo lumie ꝑuſqꝫ eã manu tãgeret cecidit in
faciẽ ſuã ⁊ ſuffogat⁹ a dyabolo expirauit. Vi-
dẽs aũt vn⁹ ꝙ morã faceret credẽs ipſꝫ cũ ea
delectari: ingreſſus eſt ad iuuenẽ: ⁊ iuenit eũ
mortuũ: ⁊ exclamauit dicẽs. Pijſſimi romani
ſuccurrite: meretrix iſta magis artib⁹ ꝑfecti fi-
liũ iterfecit. Prefect⁹ aũt audiẽs venit illuc:
⁊ vidẽs filiũ vnigenitũ ſuũ mortuũ dixit btẽ
agneti. Crudeliſſima feminarũ in meo filio
voluiſti tuã magicã artẽ demõſtrare. Rñdit
btã agnes. Ille cui⁹ volũtatẽ volebat ꝑficere:
in eũ poteſtatẽ accepit. Pꝫ ergo alta puri-
tas btẽ agnetꝭ ex dictis. qꝛ nec cogitatiõe nec
opeꝫ v̓ginitatẽ amiſit. Idõ apls dic̃ v̓ginib⁹. De-
ſpõdi. n. vos vni viro v̓ginẽ caſtã exhibẽ xpo
ij. Cor. xi. Nõ eũ dr̃ v̓ginẽ caſtã. Multe pſo
ne ſunt caſte ſine v̓ginitate: vt ille q̃ fuerũt de
mrĩmonio vel alr̃s. ſꝫ p⁹ viuunt caſte. Alie aũt
ſũt v̓gines ſine caſtitate. qꝛ nũꝙ̃ fecerũt actũ:
ſꝫ ſuſtinẽt tact⁹: ãplex⁹: ⁊ oſcula. Talis v̓gini-
tas modicũ valet. De talib⁹ Ieremias fecit
plãtũ di. Virgines ſyon ſqͥlide. i. in verecũde
ipꝛudẽtes. ⁊ ipa ſupple v̓ginitas opꝑſſa ama
ritudie. Threnoꝝ. i. Virginitas. n. nõ ſolũ cõſi
ſtit cauẽdo ab actu: ſꝫ oꝫ cauere ab actu ⁊ cõ-
gitatiõib⁹ malis. imo ẽt v̓gies oẽs ſenſus cor
porales debent hr̃e caſtos. vt. ſ. nolint videre
vilitates nec audire nec loq̃ de mã carnali: qꝛ
alr̃ ẽ v̓ginitas fetẽs. ¶ Dico qnto ꝙ gntũ do
nũ ẽ clara ſctitas. Aliq. n. hñt ſctitatẽ: ſꝫ non
clarã mũdo: imo obſcura ẽ abſcõdita: qꝛ ab-
ſcõdũt eã timore vaneglie: ⁊ bñ faciunt iuxta
xpi ꝯſiliũ. Attẽdite ne iuſticiã vr̃ã faciat co-
rã hoib⁹ vt videami ab eis ⁊c̃. Math. v. Sed
alia ẽ ſctitas aliqꝝ quã de⁹ publicat ⁊ clarifi-
cat ẽt miraculoꝝ teſtimonio ad laudẽ dei. Et
dicit xps iſtis. Sic luceat lux vr̃a corã hoib⁹
vt videãt opa vr̃a bona: ⁊ glorificẽt p̃rẽ vr̃m
q in cel̓ ẽ. Math. v. Talẽ ſctitatẽ clarã hũit
btã agnes. Vñ cũ ꝑfect⁹ genib⁹ flexis ⁊ flẽdo
ſupplicaret ſibi dicẽdo. In hoc appebit ꝙ nõ
magica arte iſta feciſti. Si deprecata fueris
ãgelũ tuũ ⁊ reſtituas mihi filiũ. Rñdit beata
agnes. Qꝛ tps ẽ vt v̓t⁹ dñi mei ieſu xpi mani
feſtet̃. Egredimi foras. Orante g⁰ btã Agne
te appuit ei ãgel⁹ dñi: ⁊ eleuauit eũ flentẽ ⁊ iu
uenẽ ſuſcitauit. Cogitate qr̃ petijt veniã btẽ
agnetꝭ. Qui egreſſus foras cepit clamar̃. Vn⁹
ẽ de⁹ i celo ⁊ in terra ⁊ in mari q eſt de⁹ xpia
noꝝ. Q dixerũt ſibi aliq: qd dicis. Rñdebat̃
Ego ſcio qd dico. Cogitate quõ dixit multa
de alio mũdo. de iferno i q̃ fuerat de purgato
rio: de paradiſo: qꝛ dãnati pñt btõs vidẽ i glia
vſqꝫ ad diẽ iudicij. Etiã multi ex h⁰ fuerunt
ꝯuerſi. Dicat̃ ꝯ illos q dicũt ꝙ null⁹ venit de
alio mũdo: imo mlti venerũt. Nunqd venit
xps ⁊ lazar⁹ ⁊ ꝙ̃ plures alij: ⁊ iſte fili⁹ ꝑfecti.
Idõ xps. Qui credit in me opa q̃ ego facio ⁊
ipe faciet ⁊ maiora hoꝝ faciet. Io. xiiij. Tunc
fuit ꝯpleta iſta ꝓmiſſio in btã Agnete. Que
rit̃ in gloſa auguſtini. Que ſũt iſta maiora q̃ꝫ
mortuos ſuſcitare: cecos illumiare: leproſos
curare. Et dicit ipe ꝙ mai⁹ ẽ de ipio iuſtũ fa-
cere q̃ꝫ celũ ⁊ terrã creare. Et hoc ẽt dicit do-
ctor ſctũs ꝑma ſcd̓e. q. cxiij. articulo. ix. in cor
pore. In hoc miraculo nota duas reſurrectio
nes magnas. vna corpis: qꝛ diuina v̓tute aĩa
q̃ erat in iferno fuit reunita corpi orõnib⁹ btẽ
agnetꝭ. Scd̓a fuit reſurrectio aĩe: qꝛ de ifideli
tate ⁊ mala vita ad fidẽ xpi ⁊ bonã vitã fuit
ꝯuerſus: hoc ẽ mai⁹ q̃ꝫ ſuſcitare corp⁹. Sꝫ aliq
pl⁹ ãmirant̃ de miraculis corpalib⁹ q̃ꝫ de ſpñã
lib⁹ q̃ ſũt maiora. Dicũt aliq. O ſi mõ fierẽt
iſta miracula. Dico ꝙ maiora fiũt. Magnuꝫ
miraculũ eſſet ſuſcitare aliquẽ q iã p mẽſem
vel p ãnũ fuit mortu⁹. Mai⁹ miraculũ eſſet
ſuſcitare xpianos pctõres in aĩa mortuos ex
pctis q fuerũt mortui qnqꝫ vel. x. ãnis. Item
magnũ miraculũ eſt cecũ illuminare mai⁹ eſt
illuminare infideles cecos in fide. Item ma-
gnum miraculum eſt leproſos curare: ſꝫ mai⁹
eſt miraculũ luxurioſum ⁊ corruptũ corrigẽ
⁊ emẽdare. Itẽ magnũ miraculũ ẽ ꝯtractum
curare: mai⁹ accidioſũ vt vadat ad miſſam ⁊
ãbulet p bona opa. Item de mutis: qꝛ mõ lo
quũt̃ ꝯfitẽtes pctã ſua. Itẽ orãdo deuote. Itẽ
de ſurdis: ſꝫ mõ audiunt ſermones. Ecce q̃re
dicit. ⁊ maiora hoꝝ faciet. Itẽ magnũ mira-
culũ eſſet ſi hõ mortu⁹ mẽbratĩ diuiſus ſuſci
taret̃: ſꝫ mai⁹ miraculũ eſt qñ corp⁹ miſticũ. ſ.
dom⁹: villa: ciuitas: vel regnũ qd̓ eſt diuiſum
vnitur ⁊ viuificatur in vno ſcꝫ ſpiritu ſancto
in bona pace ⁊ cõcordia. Hoies aũt carnales
ſolũ attendũt ad miracula carnalia: qb⁹ dicit
dd̓. Venite ⁊ videte opa dñi q̃ poſuit prodi-
gia ſup terrã: auferens bella vſqꝫ ad finẽ ter-
re. Nota. ꝓdigium eſt miraculũ qd̓ fit ſupra
naturã qd̓ intellect⁹ non põt vix cape: nec in-
telligere. ¶ Dixi ſexto ꝙ ſextũ donũ eſt ple
na firmitas: ſcilꝫ in martyrio: cum eſſet tenera
⁊ delicata. xiij. annorum. Viſo miraculo pre
fectus de filij ſui ſuſcitatione voluit ipſam li

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

berare:ſed templorum pontifices timentes
perdere lucrum ſi ppl's ad xp̄m cōuerteretur
cōmouerūt ⁊ turbauerūt totū ppl'm. Prefe
ctus.n.hoc vidēs obmutuit:ſʒ ne videret ꝯ tē
ploꝝ pōtifices aliqd dicē vicariū derelinq̄ns
receſſit cū filio triſtis:q: eā liberare nō potu
it. Tūc vicariꝰ Aſpaſiꝰ igne copioſo accēſo iuſ
ſit eā iactari in medio:qḋ cū fuiſſet fcm̄ flam
ma in duas ptes diuiſa ē:ipam in nullo cōtin
gebat incēdiū:ſʒ miſtros exurebat. Tūc beata
agnes orōnem fecit di. Omp̄s adorande co
lende: tremēde:pr̄ dn̄i mei ieſu xp̄i q̄ per filiū
tuū euaſi minas impioꝝ ⁊ ſpurcicias dyaboli
impolluto calle trāſiui:⁊ inter flāmas intrepi
dam ad te ꝑuenire bone ieſu permittiſ. Vidē
tes hoc gentiles multi conuertebanſ.aliȷ̄ aūt
contradicebant. Aſpaſius autem ppl'i ſeditio
nem nō ferēs:gladiū in eiꝰ gutture imergi fe
cit. Et ſic migrauit ad xp̄ʒ. Pʒ ergo eiꝰ plena
firmitas. Vn̄ ſcriptura dicit. Fortitudo ⁊ de
cor indumentū eiꝰ:⁊ ridebit in die nouiſſimo.
Prouerb.vl. Moral'r hēmus hic exēpluʒ in
btā agnete ꝑſeuerandi in bona vita incepta:
nō deſiſtere timore v̄boꝝ detrahentiū:nec tē
ptatiōibꝰ dyaboli.nec occaſiōibꝰ mundi. Jō
dicit apl's. Itaqȝ frēs mei dilecti ſtabiles ſtate
⁊ imobiles abundātes in oi ope dn̄i ſꝑ ſciētes
ꝙ labor veſter nō eſt inanis in dn̄o.i.Cor.xv.
¶ Dico ſeptio alta felicitas. Lʒ.n.ſit doctri
na firma ꝙ martyres ſunt in felicitate pādiſi.
ſingul'r tn̄ fuit oſtēſum de btā agnete. Fuit eniʒ
eiꝰ corpꝰ ſepultū honorabil'r:⁊ cū iuxta illius
pꝛīe ꝯſuetudinē ꝑentes eiꝰ flentes vigilarent
ad eiꝰ ſepulchꝛū viderūt exercitū v̄ginū ꝓter
euntē cū ingēti lumie que oēs erant indute ci
cladibꝰ auro texꝉ:⁊ palme in manibꝰ eaꝝ in ſi
gnū victorie. Inter q̄s viderūt btām agneteʒ
⁊ ad dexterā eiꝰ agnū niue cādidiorē: q̄ ſtans
dixit eis. Videte ne me q̄ſi mortuā lugeatꝭ: ſʒ
ꝯgaudete:q: cū his oibꝰ lucidiſſimas ſedes ac
cepi:⁊ ꝑtrāſiuit. Ex iſto miracl'o fit feſtū agne
tis ſcdo. Moral'r dicat hic ꝯ illos q indiſcre
te flent illos de q̄bus ſunt certi ꝙ ſunt in para
diſo:ſicut ſunt pueri innocentes. Jō non ſunt
flēdi niſi paꝝ: ſatiſfaciēdo nature. Sicut ſi rex
duceret ſecum filiū vr̄m vt ipſum faceret ma
gnum dn̄m ⁊ de hoc ploraretis. Idē in ꝓpoſi
to ⁊c. Jō dicit apl's. Nolumꝰ vos ignorare d̄
dormientibꝰ vt nō ꝯtriſtemini ſicut ⁊ ceteri q
ſpem non hn̄t ꝑma ad Theſſal.iiij. Flendi au
tem ſunt mortui qui dānantur.

¶ De ſctō Vincentio. Sermo.

b ʼEatus vir q in ſapiētia morabiꝉ. Hr̄
verbum iſtud originaliter. Eccl'i.xiiij. Per
totum mūdū int̄ xp̄ianos fit hodie feſtū beati
Vincētiȷ̄:de q̄ erit ſermo nr̄. Sʒ p̄mo ſalutet̄
v̄ ma.⁊c. Btūs vir.ſ.h̄ p ḡfam:⁊ in futuro ꝑ
gl'iam:q in ſapia morabiꝉ. Pro declaratione
huiꝰ ⁊ introductiōe materie ſciēdū ꝙ qḋ fuit
int̄ antiq̄s ph̄os:imo ēt inter theologos:que
differētia eſt inter ſapiam ⁊ ſciam:q: ſctā ſcri
ptura loq̄ns de ſapia dicit ꝙ ſaluat creaturaʒ
ſ.occaſional'r:⁊ etiā dicit q: ſcia inflat. p̄ma
Cor.viiȷ̄. Modo aūt dimittendo opiniones
ph̄oꝝ ⁊ theologoꝝ in textu biblie oñdiꝉ quid
eſt vera ſapientia dicens. Sapientia doctrine
ſm̄ nomē eius ē:⁊ non in multꝭ eſt manifeſta.
Quibus aūt agnita eſt ꝑmanet vſqȝ ad ꝯſpe
ctum dei. Eccl'i.vi. Nota ſʒ nomē eiꝰ eſt:q: ſa
piētia ſm̄ nois ethymologiā idē eſt ꝙ ſapida
ſcia. Scia.n.dicit cogitationem veritatis de
deo ⁊ de creaturis. Sapia aūt plus dicit.ſ.co
gnitionē de d̄o ⁊ creaturis cū ſapore deuotio
nis. Verbigr̄a. In theologia multi ſunt q ha
bent ſciam theologie in itellectu ad diſputan
dum:arguendū:rn̄dēdū: legēdū ⁊ ꝓdicandū
ſʒ in corde nō ſentiūt ſaporē ſpūal' deuotiōis
⁊ dulcedinis:tales hn̄t ſciam: ſʒ non ſapiam.
Tu.n.ſcis legēdo:ꝓdicādo:ſtudendo ⁊ diſpu
tando ꝙ ē vnꝰ deꝰ in eēntia:⁊ trinꝰ in ꝑſonis.
Et filiꝰ d̄i fuit icarnatꝰ:natus:mortuꝰ ⁊ paſſus
In iſtꝭ ſentꝭ tu ſaporē amoris ⁊ deuotiōis.ſi di
cas ꝙ ſic:tūc hēs ſapiaʒ.ſi dicas ꝙ nō:tūc hēs
ſciaʒ ſolū. Idē ſi volumꝰ loq de iure canonico
vel ciuili.qn̄ vos dn̄e doctor legitꝭ vl' diſputatꝭ
qn̄ cogitatꝭ diuinā ꝓuidentiā ꝙ iſto mō deꝰ re
git mūdū.ſ.ꝙ hoies ſapiētes regūt alios: vel
vt hēant meritū iuſticie:ꝑ eos ad miſtrādū ꝑ
ordinatiōes ⁊ maloꝝ punitiōes.ſi in his ſenti
tis saporē:ſapiaʒ hētꝭ.ſin al's ſciam tm̄.⁊ debe
tis dici ſciens ⁊ non ſapiens. Idē de magnis
ph̄is ⁊ medicis ſciētibꝰ curſum celi ⁊ ſtellarū
ꝯſtellatiōes:⁊ v̄tutes herbaꝝ:lapidū: ⁊ ſtella
rum. In tali ſcia ſi ſentitꝭ in corde deuotioneʒ
dicendo. O bn̄dictꝰ deꝰ:⁊ q̄liter ⁊ diſpoſuit ⁊
ordinauit vt iſta inferiora regant a ſuperiori
bus corꝑibꝰ ⁊c. tunc habet ſapiam:al's ſciam
Ecce quare dicit: ſapia ſm̄ nomē eiꝰ eſt. Sed
heu cū ſeqꝉ:⁊ non in multꝭ eſt manifeſta: q: lʒ
multi hēant ſciaʒ:pauci tn̄ hn̄t ſapiētiā. Hn̄t
n.magnā ſciaʒ:⁊ malā ꝯſciaʒ Jō apl's loq̄ns
de ill' magnis ph̄is dic̄. Q: cū cogꝰuiſſēt:deū
nō ſic̄ deū glorificauerunt aut gr̄as egerūt:ſʒ
euanuerūt i cogitatiōibꝰ ſuis ⁊c. dicētes.n.ſe
eē ſapiētes:ſtulti facti ſunt. Ro.i. Quibꝰ aūt
cognita ē ꝑmanet vſqȝ ad ꝯſpectū dei. Jō dic̄
thēa. Btūs vir.ſ.beatitudine vite:⁊ poſt bea

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

titudine patrie:q i ſapia morabit. Appropriã
do aũt thẽa ad btm̃ Vincẽtiũ iuenio ꝙ i mũ-
do hũit qnq3 ſapiẽtias ꝛ non ſunt plures.ſc3.
¶ Prima ſapientia phiſica.
¶ Secunda ſapientia theologica.
¶ Tertia ſapientia apoſtolica.
¶ Quarta ſapientia angelica.
¶ Quinta ſapientia heroyca.
Iſtis qnq3 ſapiẽtijs de⁹ in h° mundo dotauit
Vincẽtiu3. Jõ de eo appropriate dic̃ thema.
Beat⁹ vir.i.ṽtuoſus q in ſapia ꝛc. ¶ Dico p̃
mo ꝙ btũs Vincẽti⁹ hũit ſciam phiſicã. Sa-
pia em̃ ãtiquoꝝ viroꝝ phoꝝ in h° erat ſc3 vt
haberẽt cognitionẽ ṽitatꝫ de p̃ma cauſa ꝛ de
alijs. Et abſtinebãt ſe ab oib⁹ delectatiõibus:
maxĩe luxurie q̃ ebetat ꝛ obſcurat ĩtellectu3.
Vitabãt em̃ negocia vt haberẽt intellectũ re
collectiuũ:qꝛ ṽt⁹ vnita fortioꝛ ẽ ſeipa diſpſa ꝛ
cauebãt a pctis. Jõ ſalomon magn⁹ phs de
ſe dic̃. Cogitaui i corde meo abſtrahere avi
no carnẽ meã vt aia3 meã trãſferrẽ ad ſapia3
Eccſ.ij. Vinũ em̃ ſignat illa tria. p̃mo lu-
xuriã:qꝛ ebetat. Jõ apſ. Nolite inebriari vi
no in q̃ ẽ luxuria. Scdo negocia tpalia:quia
dãt fumoſitates. Tertio delectatiões q̃ ipedi
unt ꝑfectũ ſapĩe:qꝛ vinum letificat coꝛ hois.
Iſtã ſapia3 hũit btũs vincẽti⁹. Dicat cu3 eẽt
aragonẽſis de ciuitate hoſtiẽſi de nobili ge
nere ꝛ in domo p̃ris eẽt occaſio pctõꝝ: nego
cioꝝ ꝛ delectationũ:ꝛ btũs Vicẽti⁹ vellet hr̃e
ſapia3:dimiſſa domo p̃ris iuit ṽſus auguſta3
vbi tũc erat ſtudiũ gñale de phia: ꝛ tm̃ ꝑfec̃
ꝙ infra breue tp̃s oẽs alios p̃ceſſit. Tenebat
iſtũ modũ ꝙ ſumme vitabat pctã. Dicat hoc
ad correctionẽ ſtudẽtiũ ne expẽdãt inuanu3
pecunias parentũ ꝛc̃. Iſta pctã vitabat btũs
Vincẽti⁹ q ṽginẽ ſe ꝯſeruauit:ſciẽs illud. In
maliuolã aia3 nõ intrabit ſapia:nec habitabit
in corpe ſubdito pctis. Sap.i. Nota in mali
uolã aia3 p inuidiã: vindictã ꝛc̃.nõ ĩtrabit ſa
piẽtia:lic3 intret ſcia. Jõ btũs Vincẽti⁹ ꝯſer
uabat ſe ieiunãdo:orãdo:ꝛ hẽbat intellectu3
clarũ ꝛ tenebat portã aptã. Itẽ vitabat nego
cia mũdana q̃ ſpargũt coꝛ homĩs:nec põt ꝯp
hẽdere. Jõ o3 ꝙ ſit vacuũ a negocijs. Jõ dic̃
ſapiẽs. Sapiẽtiã ſcribe in tpe vacuitatꝫ:ꝛ qui
minorat actu ſapiẽtiã pcipiet:qꝛ ſapientia re
plebit. Eccli.xxxviij. Tertio vitabat oẽs dele
ctatiões carnis:immo macerabat corpus vt
ad ſapia3 eleuaret ĩtellectũ:ſciẽs illud. Ois ſa
pia a dño deo eſt:ꝛ cu3 illo fuit ſemp ꝛ eſt añ
euũ. Eccli.i. Nõ ſolũ occupabat ſe in libris tẽ
palib⁹ phoꝝ:ſ3 ẽt in libro ſpũal amoris ꝛ dño

tiõis dei qꝛ.ſic̃ aq̃ deſcẽdit de alto fõte ad oꝛ
tũ:ita ſapia deſcẽdit ab illo fõte:de q̃. Eccli.i.
Fõs ſapie ṽbũ dei in excelſis. Jõ ſi vult ꝙ de
ſcẽdat ad hortũ cordis vr̃i ſiue ĩtellect⁹: po-
natis canale oꝛonis ꝛ deuotiõis. Juxta ꝯſiliũ
bti Jacobi apl̃i. Qui idiget ſapia poſtulet a
deo:q dat oib⁹ affluẽt ꝛ nõ iproperat. Jacobi
i. Ita faciebat btũs Vincẽti⁹: iõ hũit magnã
ſciam phiſicã. Jõ in laudẽ dei ꝛ honorẽ beati
Vincẽtij cãtat eccl̃ia. Sctũs vincẽti⁹ a puerĩ
cia ſtudijs lr̃aꝝ tradit⁹ ſupna ſibi ꝓuidẽte cle
mẽtia gemia ſcia efficaciſſime claruit. Notã
gemia ſciẽtia. Phi ponũt duplicẽ ſcientia3.
ſpeculatiuã.ſ.ꝛ practicã:quã dicũt praxi3 qñ
ſciẽtia ſpeculatiua deſcẽdit in corde p deuoti
onẽ ꝛ ſaporẽ.ꝛ in vita p ſctã3 ꝯuerſatiões3. S3
mõ ſolũ curat de ſcia ſpeculatiua vt appeãt.
Nõ efficaciſſime claruit in ſuplatiuo: qꝛ tres
ſũt g̃d⁹ phie ſcientie vt dic̃ Jero. ad Pauli-
nũ.c.vj. Rõnal: nãlis:ꝛ moral. Rõnalis aũt
oñdit modũ rõcinãdi:diſputãdi ꝛc̃. vt grãma
tica:logica:ꝛ rethorica. Et i iſto gradu claruit
btũs Vincẽti⁹. Nãlis eſt cognoſcere mot⁹ ce
loꝝ ꝛ ſtellaꝝ:nãs elroꝝ ꝛ ſimilia.ꝛ i iſta effica
cius claruit btũs Vincenti⁹. Moralis autẽ
docet quõ eſt viuendũ ſm q̃ttuor ṽtutes mo
rales erga ſeipm ꝛ erga ꝓximũ ſuũ: tã in pro
ſperitate q̃3 in aduerſitate. Et in iſta beatus
Vincentius excellẽtiſſime claruit. Jõ dic̃ the
ma. Beatus vir in ṽtute.ſ.meritoria q in ſa-
pientia ꝛc̃. Moralr.mõ eſt totũ oppoſitum.
Nã multi curãt de phia rõnali diſputãdo:ar
guẽdo ꝛ legẽdo ꝛc. Alij aũt de naturali. ſciẽ
tes mot⁹ ꝛ naturas:mutatões: generationes
corruptiões:ꝛ alterationes reꝝ. Et aſtrologi
am. S3 de tertio g̃du phie ꝛ p̃ncipali nullus
curat mõ ordinare vitã ſuã. Multi ſunt q ha
bent intellectũ plenũ qõnib⁹ ꝛ ſophiſmatib⁹
ꝛ voluntatem infectam ꝛ plenã corruptioni
bus:ꝛ vitã plenã diſſolutionib⁹. Meli⁹ eſſet
hr̃e ignorãtiã:qꝛ ignorãtia q̃ ñ ẽ affectata ex
cuſat aliq̃lr. Jõ dic̃ dñs ieſus xp̃s. Ille ſeruus
q cognouit volũtatẽ dñi ſui ꝛ nõ ſe prepara-
uit ꝛ nõ fecit ſm volũtatẽ ei⁹: plagis vapula
bit multꝫ. q̃ aũt nõ cognouit ꝛ fec̃ digna: pla
gis vapulabit paucis. Luc.xij. Ergo meli⁹ eẽt
neſcire q̃3 ſcire ꝛ malam vitã tenere. Jõ dicit
de beato Vicẽtio:efficaciſſime claruit. ¶ Di
co ſecũdo ꝙ habuit ſapiam theologicã q̃ mã
ioꝛ eſt q̃3 phiſica:q̃ in h° ꝯſiſtit ꝙ exq̃ em̃ crea
tura tenet bonã vitã quã h3:ꝛ cu3 hoc oñdit
alijs ṽitatẽ creatoris ꝛ creaturarũ:non ſolu3
ṽbo docẽdo:ſ3 etiã exẽplo oꝑe adimplendo.

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ſta ꝙ nõ ſolũ dicat:vadaſ ad ꝑadiſuꝫ:ſꝫ venia
tis ſeqmini opa mea.qꝛ ſicut bonꝰ pictoꝛ non
ſolũ iſtruit pueꝝ oꝛe loq̃ndo:ſꝫ manibꝰ opan-
do ⁊ lineãdo ⁊c. Jta ẽ de bono theologo. Jõ
de eo dr. J pe tãq̃ ymbꝛes mittet eloqa ſapie
ſue:palã faciet diſciplinaꝫ doctrine ſue. Eccľi.
xxxix. No. ipe.ſ.ꝓdicatoꝛ theologus tãq̃ ym-
bꝛes:qꝛ ꝓdicatio tanq̃ aq̃ diuinaꝝ doctrinaꝝ
refrigerat ardoꝛẽ ſupbie i ſupbis: auaricie in
auaris:luxurie i luxurioſis:⁊ ſic de alijs. Et ſi-
cut pluuia facit fructificare in bonis opibus ⁊
meritis. Nota ipſe palaꝫ faciet ⁊c. ne dicatur.
Jſte fr̃ dicit ⁊ loqᷓ multa bona de hũilitate:ſꝫ
ipſe ẽ ſuperbus. Pulchꝛos ſmones fac̃ d̃ mi-
ſericoꝛdia ⁊ liberalitate:ſꝫ ipe ẽ auarꝰ. Mul
tũ cõmẽdat caſtitatẽ:ſꝫ ipe ẽ luxurioſus: ⁊ ſic
de alijs. Jſtã ſapientiã habuit btũs Vincẽtiꝰ
excellenter. Exq̃.n.habuit ꝑmã ſapiaꝫ.ſ.phiſi-
cã dedit ſe ad ſtudẽdũ bibliã:⁊ poſtq̃ i ea fu-
it bene iſtructꝰ icepit ꝓdicare:nõ ſolũ v̾bo:ſed
ope. Poſtq̃.n.ſua fama diuulgata erat ꝙ eſ
ſet deuotioꝛ ſcioꝛ ⁊ aptioꝛ alijs eps ceſarau-
guſtanus Valeriꝰ noie volẽs ꝓuidere ouibꝰ
ſuis ⁊ ꝓdicatiõis paſtura vocauit btm̃ Vincẽ
tiũ ⁊ oꝛdinauit eũ vſq ad dyaconũ. Et qꝛ eps
erat ſenex:iõ cõmiſit ſibi officiũ ꝓdicatiõis ꝑ
totã dyoceſiꝫ. Nã ꝓdicare officiũ eſt epale: vt
pꝫ in ꝑmis epis.ſ.aplis:vt dixit Petrꝰ de ſe ⁊
de alijs. Nos v̾o oꝛoni q̃tũ ad miſſam:q̃ ẽ ꝑn
cipalis oꝛatio.⁊ miſterio verbi inſtantes eri-
mus. Actuũ.vi. Jõ qñ eps ꝯſecrat̃:in eiꝰ doꝛſo
ponit̃ euangeliarium apertũ ⁊ dr̃ ſibi. Vade
ꝓdica v̾bũ dei.vt dicit decretalis. Cũ ex iniũ-
cto. Hoc officiũ fuit principale filij dei in hoc
mũdo quare ait. Eamus in vicos ⁊ ciuitates
vt etiam ibi predicẽ. Ad hoc.n.veni. Marc̃.
x. Tunc btũs Vincentiꝰ cogitauit imitari ma
ioꝛem predicatoꝛẽ.ſ.xp̃m.q cepit facere ⁊ do-
cere. Incepit feruẽter ꝓdicare non ſolũ v̾bo:
ſꝫ exẽplo ⁊ ope. Primo.n.fundauit ſuã vitaꝫ
in magna humilitate:intantuꝫ ꝙ nec gr̃ie nec
ſcia nec dignitate ſupbiebat Jõ poterat ꝓdi-
care ꝯtra ſupbiã. Jteꝫ deſpiciebat ꝓ eo oia bo
na tp̃alia. Jdeo ꝓdicabat ꝯ auariciã:vſurã:ra
pinã.furta ⁊c. Jtẽ qꝛ ꝯſeruauit ſe i v̾gitate po
terat ꝓdicar̃ ꝯ luxuriã.repꝓhẽdẽdo hoies. mu
lieres:clericos:⁊ religioſos.qꝛ hẽbat faciẽ fer
reã ſiue carnẽ de ferro ⁊c. Jtẽ qꝛ erat fundatꝰ
i charitate:ꝓdicabat ꝯ rãcoꝛes:malas volũta
tes:qꝛ erat abſtinens audacẽ poterat ꝓdicare
contra guloſos:ebꝛios: ⁊ ieiunioꝝ fractoꝛes.
Et qꝛ erat patiens:predicabat contra iracun-
dos. Jtem qꝛ erat diligens nũq̃ erat ocioſus:

ſed laboꝛabat in opibus ſpũalibus. Jdeo po
terat repꝛhendere ocioſos q perdunt tp̃s eis a
deo cõceſſum ad pniam. Prelaſ predicabat
vt magis curarent de aiabꝰ q̃ de redditibus.
Clericis ꝙ haberent deuotionẽ. Religioſis
obedientiam. Dñis villaruꝫ ⁊ cõitatũ rectoꝛi
bus vt facerent iuſticiam ⁊ vitarent peccata
notoꝛia. Subditis fidelitatem. Diuitibus mi-
ſericoꝛdiã: Pauperibus ⁊ tribulaſ patientiã
Ecce quõ habuit ſapiam theologicam. Jõ de
eo cantat eccľia. Sãctitate quoq inſignis ar
chidyachonatũ ſuſcepit:⁊ vices pontificis di
ligẽter exequebat̃ quõ tam glioſum officium
ꝓdicatiõis dꝫ exeq cũ diligẽtia ſiue diligenter
Et qd̾ pctm̃ ẽ illoꝝ q ſolũ oꝛe curant exeq offi
cium ꝓdicationis ⁊ nõ ope. Vulſ intelligere
qd̾ pctm̃ eſt ac ſi aliqs iret ad papã vel regẽ ꝓ
aliq̃ dignitate ſeu beneficio obtinendo. ⁊ rex
vel papa de hoc fecit ei lr̃aꝫ vel bullã optime
ſcriptam.tñ ille nõ curat de ſigillo.nihil obti
nebit qñ vellet intrare poſſeſſionẽ dignitatis:
qꝛ nõ adhiberet̃ ei fides. Jta eſt de predicato-
ribus qbus deꝰ ꝓmittit magnam dignitatem
⁊ beneficiuꝫ in celis. Qui fecerit.ſ.opa bona:
⁊ docuerit alios oꝛe:vt faciant h̃ magnus vo
cabit̃ i regno celoꝝ. Mat.v. Si ergo nos de
iſto bñficio volumꝰ hr̃e lr̃am ſeu bullaꝫ.ideſt
ſermonẽ optime oꝛdinatuꝫ:coloꝛe rethoꝛico
adoꝛnatum:cũ magnis auctoꝛitatibꝰ oꝛigina
libus:realibꝰ:⁊ vocalibꝰ.ſꝫ ſi ibi nõ eſt ſigillũ
bone vite:nõ dat̃ fides v̾bis.nõ penetrãt coꝛ
da gentium vt ꝯuertant̃ ⁊ coꝛrigantur. Jõ ne
ceſſariũ eſt ſigillũ qd̾ dat auctoꝛitateꝫ doctrie
Jõ ex ſigilli defectu multi amittunt bñficiũ a
xp̃o promiſſum dicente xp̃o. Qui.ſ.ille q hẽt
ꝓdicare ſoluerit vnũ de mãdatiſ iſtis minis ⁊
docuerit ſic hoies:minꝰ vocabit̃ in regno ce
loꝝ. Mat.v. Minimꝰ.i.nullus:qꝛ nunq̃ itra
bit in illd̾. Jdeo dicebat aplꝰs vlis predicatoꝛ
Non audeo aliquid loqui.ſ.in predicatione
eoꝝ q̃ ꝑ me non efficit xp̃s in obedientiã gen
tiũ:in v̾bo ⁊ factis.in v̾tute ſignoꝝ ⁊ ꝓdigio-
rum:in v̾tute ſpũſſcti. Roma.xv. ¶ Dico ter
tio ꝙ tertia ſapia eſt ſapientia apoſtolica.que
in hoc ꝯſiſtit.ſ.ꝓdicare v̾bo ⁊ ope. ⁊ cũ hᵒ ꝑ
honoꝛẽ dei ⁊ ſaluationẽ aiaꝝ laboꝛãdo:ꝑ mũ
dũ diſcurrẽ de villa in villã ⁊c.exẽplo xp̃i d̾ ꝓ
cepto. Eũtes i mũdũ vniuerſũ. Mar.vi. Quẽ
admodũ mercatoꝛes ꝑ t̾rã:⁊ marinarij ꝑ ma
re laboꝛãt cũ magnis picul̃ ꝓ modico lucro.
Jta apľi ⁊ ꝓdicatoꝛes apľici laboꝛãt ꝑ mũdũ
vt xp̃s lucrifaciãt. O qd̾ lucꝝ poꝛtabũt i iudi
cio Paulꝰ ⁊ Petrꝰ ⁊ alij. Jõ ꝓdicatoꝛibꝰ apľi

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

cis dic̄ apl̄s. Videte itaq; fratres quō caute: ambuletꝪ. nō quaſi inſipiētes: ſed q̄ſi ſapiētes redimētes tp̄us: q̄m dies mali ſūt. ad Eph̄. v. Iſtā ſapiam habuit beatꝰ Vincētius: q2 nō ſolū in ciuitate ceſarauguſte laborat p̄dicādo: ſ3 p villas ⁊ caſtra cū magnis piculis ꝓpter īfideles. Tunc. n. tp̄is fuit maxīa perſecutio xp̄ianoꝝ. Impantibꝰ Dyocleciāo ⁊ Maximiāo qui miſerūt viꝝ gubernatorē q̄ tormētis cruciabat ⁊ occidebat xp̄ianos q̄ nolebāt fidem xp̄i abnegare. Crudelis dn̄s: ſed crudelior miniſter. Et fuit ſibi dictū quō beatus Vincētiꝰ fuit captus ex p̄cepto Daciani: qui captꝰ ⁊ cathenatꝰ pedeſter miſit ip̄m apud valentiā: vbi ſunt diete multe: quas iuit oneratꝰ cathenis ⁊ ferro. Quale fuit iſtud tormētum: ⁊ hoc fuit p̄imū tormentū. Sed cogitans onus xp̄i qd̄ xp̄s portauit q̄n ducebaꝭ ad crucifigendū: patienter portauit attendēs ad v̄bū chriſti dicētis. Si q̄s vult poſt me venire abneget ſemet ipſum ⁊ tollat crucē ſuā ⁊ ſequaꝭ me. Math. xvi. Secundū tormentū fuit: q2 dacianꝰ noluit ꝙ ſtati p̄ntareꝭ ſibi vt magis timeret ⁊ manſueſceret: ⁊ p̄cepit vt ponereꝭ in carcere ſine cibo ⁊ potu tribꝰ diebꝰ: ⁊ cū corpe eſſet ibi detentus aīa ibat per plateas padiſi ꝯtēplando: ⁊ cū iſta confortatione trāſiuit. Cogitate quō oneratꝰ ferro dormiebat in terra: ⁊ erat ſine cibo ⁊ poterat dicē recte cū apl̄o. Noſtra ꝯuerſatio in celis eſt. q̄tū ad aīam. ⁊ vlterius dr̄. Vn̄ etiā ſaluatorē expectamus dn̄m nr̄m ieſum xp̄m: qui reformabit corpꝰ humilitatis nr̄e ꝯfiguratū corpi claritatis ſue ſm̄ opationem qua ēt poſſet ſibi ſubÿcere oīa. Phil. iij. Tertiū tormētū fuit quando illa die fuit Daciano p̄ntatus. ⁊ videns ip̄m pulchrū iuuenē ⁊ rubicundū ⁊ in nullo alteratū: credēs ꝙ cuſtodes ei miniſtraſſent cibaria voluit eos occidere. Et dixit btūs Vincētiꝰ. Non occidas eos: q̄a bn̄ tenuerūt tuū crudele p̄ceptū. Tūc dixit ſibi dacianꝰ ꝙ abnegaret fidē chriſti: alſ oīa tormēta expēdereꝭ in eū. R̄ndit. b. Vincentiꝰ. Scito nephariū eē apud xp̄ianos deitatis cultū abnegare. Tormēta tua nō timemus: q2 per ip̄a deducimur ad coronā: ⁊ per mortē ad vitā. Inſurge g° miſer ⁊ toto malignitaꝭ ſp̄ū debacchare. Videbis me dei v̄tute plus poſſe dū torq̄or: q̄3 poſſis ipſe q̄ torq̄s O q̄lis xp̄i miles intrepidus ⁊ ſtati3 denudarūt eū. Quartū tormentū fuit: q̄a ſtatim poſitꝰ in aculeo. ſ3 cogitās penā xp̄i in cruce pendentis patiēter ſuſtinuit illud tormētu3. Cui dixit dacianꝰ. O miſer miſerere tui ⁊c. Btūſ aūt Vincētiꝰ alacri vultu r̄ndit. Hoc ē quod modis oībꝰ exq̄ſiui. Quintū tormētū fuit q̄n cū falcaſtris ferreis eiꝰ caro crudeliꝭ lacerabatur: ipſo āt dicēte. Nō ſꝭ ꝯdigne paſſiones hꝰ tp̄is. ſuſtinuit patiēter. Sextū tormētū fuit q̄ lamis ferreis ignitꝭ ad eiꝰ latera applicaꝭ ipſo dicēte. Probaſti cor meū ⁊ viſitaſti nocte. ſ. tribulationis. igne me examinaſti: ⁊ nō eſt inuenta in me iniq̄tas. ēt ſuſtinuit. Septimum tormentū: q̄n depoſitꝰ de eculeo poſitꝰ fuit in craticula vt btūs Laurentiꝰ. De hoc cātat eccleſia. Aſſumptꝰ ex eculeo leuita Vincētiꝰ atque patibulū raptꝰ moras carnificū arguēdo ad penā alacriter ꝓperabat. Dicaꝭ cū fuit in craticula ferrea voluebant eū ꝓÿciētes ſal in igne3. Xp̄i miles p̄cioſus leuita Vincētius vt tribunal ſpōte rogū. i. focū aſcēdit intrepidꝰ: cuiꝰ ſalis crepitātis per corpꝰ minutie ſparſi3 ibāt atq; p̄une vernabanꝭ ſanguine. Octauū tormentū fuit ꝙ āmotus de craticula poſitus fuit in carcere tenebroſo: pedibꝰ ꝯſtrictꝭ ligno ⁊ tunc ſternunꝭ fragmenta teſtaꝝ. vt quōcūq; ſe v̄teret vulnera ip̄a inueniant. Priuaꝭ oī cōſortio hūano vt ſi nō moreret darenꝭ ſibi alia noua tormēta. S3 aſſunt āgeli: lux refulget in carcē: laxanꝭ ligna a pedibꝰ: teſtaꝝ aſpitas v̄titur ī floꝝ mollicīē daꝭ laudes deo: ⁊ angelice vocis ſuauitas ꝓcul diffundiꝭ. Euigilātes cuſtodes ⁊ h̄ vidētes cū multꝭ aliÿs cernētibꝰ ad dn̄m ꝯuertūꝭ. Ecce p̄ncipalia tormēta q̄ btūs vincētiꝰ ſuſtinuit ī dei honorē ⁊ ī aīaꝝ ſaluationē. Ecce hic ſapia apl̄ica. Et poterat dicē cū apl̄o. Oīa ſuſtineo pp̄ electos vt ⁊ ipſi ſalutē ꝯſequanꝭ q̄ ē in xp̄o ieſu cū gl̄a celeſti. ij. Thi. ij. Igiꝭ. Btūs vir q̄ ī ſapia ⁊c. Moraꝭr. meliꝰ foꝝ poſſumꝰ nos hr̄e de padiſo. Cōtēplate h̄ quō chare vēdidit xp̄s ſuis amicis. Iō faciamꝰ pniam ⁊ laboremꝰ in bōis opibꝰ. De illꝭ q̄ nolūt laborare dic̄ dd̄. In labore hoīu3 n̄ ſꝭ: ⁊ cū hoībꝰ nō flagellabunꝭ. Glo. ſ3 cū demōibꝰ in īferno. ¶ Dico q̄rto ꝙ q̄rta ſapia eſt ſapia angelica. q̄ in hoc ꝯſiſtit. ſ. ī oībꝰ angeloꝝ operibꝰ. Ip̄i p̄ferūt ⁊ p̄eponūt honorē dei ⁊ gloriā ſup oīa. Hoc declaraꝭ ſic. In principio. n. mundi anteꝗ̄ ds̄ creaſſet hoīem deꝰ creauit angelos: inter quos Lucifer erat maior ⁊ ſanctior. vt dicit Greg. Qui voluit deo parificari: ⁊ reuelauit hoc aliÿs angelꝭ: ⁊ multi ꝯſenſerunt dicēdo ꝙ eēt bonū: velut adulatores cupiētes dn̄is cōplacē. Boni āt angeli vt Michael Gabriel ⁊ Raphael non ꝯſenſerunt: imo contradixeſt: p̄ferētes ⁊ p̄ponētes honorē dei ⁊ eiꝰ gl̄iam. Ecce ſapia angeloꝝ. Iō cō

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

firmati ſunt in gr̃a. Per ſapiaꝫ ſanati ſunt q-
cũqꝫ placuerũt tibi dñe a pn°. Sap. ix. Nota
Per ſapiaꝫ ſanati ſũt ab ĩfirmitate. ſ. creatu-
raꝝ: q̃ ẽ peccabilitas: qꝛ oẽs creature erãt pec
cabiles. ſꝫ ſanati tũc fuerũt ſcti angeli: qꝛ ꝯfir-
mati fuerũt tũc in gr̃a ꝛ in gloria quã tũc hñe
rũt. Iſta ẽ ſapia ãgeloꝝ. Iſtã ſapiaꝫ hũit ſctũſ
Vincenti⁹: qꝛ in nullo tormẽtoꝝ mortu⁹ fuit
vt dacian⁹ ꝯfũderet ꝛ de⁹ hret gloriã ꝛ hono
reꝫ. Qñ eni dacian⁹ audiuit miraculũ de his
q̃ in carcẽ viſa ſũt ꝛ audita de ꝯuerſione mul-
toꝝ dixit: victi ſum⁹. ꝛ inſaniens dixit. Repo
nat inqt in lecti mollicie: vt poſt renouet ite-
rũ ad tormẽta. Et hũit medicos ꝛ fingens ſe
ipm dimiſiſſe: pmiſit vt xpiani curarẽt de eo
vt cito fortificat⁹ duriora tormẽta ſibi daret.
Qđ cũ fieret pijs credentiũ manib⁹ xpo ſpm̃
reddidit: vt de⁹ hret gloriã ꝛ honoreꝫ: qꝛ nul-
lus põt aliquẽ interficere niſi de⁹ velit pmitte
re. Et poterat dicere cũ aplo. Magnificabit
xpus in corpe meo ſiue per vitam ſiue p mor
tem. Mihi aũt viuere xps eſt ꝛ mori lucrum
ad Phil. i. Ro. Mihi aũt viuere xpus eſt: qꝛ
ſupnãliter ꝛ miraculoſe vixit in tã aſpis tor-
mẽtis: ꝛ mori inter xpianos receptis eccliaſti
cis ſacramẽtis lucrũ. Moraliter iſtã ſapiam
debem⁹ nos hẽre. In oib⁹ dictis ꝛ factis nr̃is
preferam⁹ dei honorẽ ꝛ gl̃iam: nõ mentiẽdo:
nec pximũ decipiẽdo: nec iurãdo: nec renegã
do: nec blaſphemãdo. In oib⁹ honorificet ds
per ieſum xpm dñm noſtrũ cui eſt gl̃ia ꝛ ipe-
riũ in ſecula ſeculoꝝ amẽ. i. Pet. iiij. Dico
quinto ꝙ hũit ſciam heroycã. Sapia heroyca
i. diuina. Iſta eſt alijs maior: q̃ in hoc ꝯſiſtit
ꝙ ds obtinet de creatura finẽ quẽ ipe intẽdit
infallibiliter: qꝛ nulla cã põt impedire qn eueni
at qđ ipſe ordinauit de creatura. imo ꝯ͂ regu-
las logicales. Dicit. n. logicus ꝙ ex puris ne
gatiuis nõ ſeqtur ꝯ° affirmatiua. Sꝫ ds ex ne
gatiuis ꝯcludit affirmatiuã vt ſibi plꝫ. Phs
aũt dicit. Ex ꝯ͂rijs nõ pducit ꝯ͂riũ. imo de⁹ ex
ꝯ͂rijs producit effectũ cõtrariuꝫ. vt pꝫ in Io-
ſeph de quo ordinauit ꝙ eẽt dñs fratrũ ſuoꝝ.
quod intelligẽtes fratres ſui ipſum vendide
runt: vt eẽt captiuus ꝛ nõ domin⁹ eorũ. Et ex
illius vẽditiõe ſecutũ fuit ꝙ Ioſeph fuit dñs
eorum. Ecce qñ ex ꝯ͂rijs deus ꝯcludit ſuum
ppoſitũ. Ad h⁹ auctas. Sapiam ſupple diui-
nã nõ vincit malicia. ſupple creaturarũ. Atti-
git a fine vſqꝫ ad finẽ fortiter: ꝛ diſponit oia ſua
uiter. Sap. vij. ꝛ viij. Iſtã ſapiam habuit bea
tus Vincẽti⁹ ex dei volũtate: qꝛ eã. ſ. cõicauit
Jõ dr̃ Vincẽtius quaſi vincẽs dacianũ quia
dacian⁹ ordinauit ꝙ moreret in tormẽtis. Et
qñ audiuit ꝙ mortu⁹ fuerat i lecto dixit: victi
ſumus. ſꝫ exq̃ i vita nõ potuit ipꝫ vicere: i mor
te cogitauit hr̃e victoriã de corpe. Ecce mali-
cia. Et mãdauit ei⁹ corpus pijci in campũ a fe
ris ꝛ auib⁹ ꝯſumẽdũ. ſꝫ affuit coru⁹ q aues cũ
feris abigebat. Et credit fuiſſe angel⁹. Qđ re
uelatũ fuit daciano: qui fecit corp⁹ pijci i ma
ri cũ mola funib⁹ collo ligata: ex quo i terra ñ
poterat eũ vincere ad min⁹ i mari viceret eũ.
Sꝫ nõ erat ita: qꝛ ſapia diuina aliter ordina-
uit. Et dũ ſubmerſores redirẽt ad denũciãdũ
qñ pieciſſent corp⁹ in mari: dei ṽtute corp⁹
delatũ ẽ ad litt⁹ q̃dã. ꝛ facta reuelatõe ſup h°
cuidã viro fideli ꝛ cuidã vidue cõcurrẽtibus
illuc fidelib⁹ reptũ corp⁹ ſepultũ ẽ ab eis in q̃
dã pua baſilica ibi ppe. Ceſſante v̊o rabie p
ſecutõis d̊uotio fideliũ honorabili⁹ euꝫ extra
muros ciuitatis valẽtie ſepeliuit. Jõ cãtam⁹.
Vincẽtẽ mũdum adorem⁹ dñm: in q̃ p̃ſſuraꝫ
mũdi martyr vicit vicenti⁹. Ergo btũs vir qui
in ſapientia. ſ. diuina morabitur.

De ꝯuerſiõe ſcti Pauli apoſtoli. Sermo.

Nas electionis ẽ mihi iſte. Ha-
betur v̊bũ iſtđ i actib⁹ aplo
ruꝫ. c. ix. Hodie fit feſtũ i ecclia đ cõ
uerſiõe ſancti Pauli. De nullo ſcõ
fit feſtũ ꝯuerſiõis niſi de btõ Paulo apoſto-
lo. Nõ ſolum rõne ſui qꝛ fuit miraculoſa: ſꝫ ẽt
rõne nr̃i: qꝛ fuit pcõrib⁹ pficuoſa. qꝛ i ſua ꝯuer
ſione oñdit qñ peccator dꝫ ad xpm cõuerti.
Sꝫ pmo ſalutet v̊go maria ꝛc. Pro breui de
claratione ꝛ marie introductiõe ſciẽdũ ꝙ pn
cipale fundamẽtum ꝛ pncipiũ ſaluatiõis ho
minũ ẽ electõ dei eterna. Añqꝫ de⁹ crearet ce
lũ ꝛ terrã nec aliqd iã in ſecreto cõſiſtorio tri
nitatis facta fuit electio de ſaluãdis: tali mõ.
Tot dñi imperatores: reges: duces: comites
ꝛc. erunt in mũdo. De iſtis dixit pater filius
ꝛ ſpũſſctũs. tot ſaluabunt amore iuſtitie quaꝫ
facient in ſubditoꝝ correctione. Itẽ tot prela
ti: pape: cardinales: patriarche: archiepi: ꝛ epi
ſcopi ꝛc. erunt in mũdo. de iſtis tot ſaluabũt
virtute charitatis ꝛ diligentie ſuaꝝ ouiũ. Itẽ
religioſi erunt: de qbus tot ſaluabunt virtute
obedientie ſuum ordinẽ ſeruando. Item tot
clerici virtute deuotionis. Itẽ tot diuites vir
tute mie. Tot pauperes virtute patiẽtie. Iteꝫ
tot mulieres virtute honeſtatis ꝛ ꝯtinentie.
Ita ꝙ iſta electio eſt primũ fundamentum ꝛ
principale: ꝛ principiũ ſaluationis hoium ac
mulieꝝ. Auctas. Elegit nos in iſto añ mundi
ꝯſtitutionem vt eſſemus ſancti ꝛ immacula-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

# De conuerſione ſancti Pauli apoſtoli

ti i ꝯſpectu eiꝰ in charitate: q ꝑdeſtinauit nos
in adoptionē filioꝝ ꝑ ieſū xp̄uꝫ dn̄m nr̄m ad
Ephe.i. Et iſta electio dr̄ ꝑdeſtinatio. Et quia
btūs paulꝰ fuit a deo eternalr̄ electꝰ vt eēt de
maiorib° ſctis padiſi. De eo dic̄ xp̄s in thēate
Vas electōis.i.electum paſſiue ē mihi iſte.ſ.
Paulꝰ. Sꝫ qꝛ diuina electio ſcā in eternitate
hꝫ executionē in tp̄e: dicā vobis practicā exe
cutiōis electōis bti pauli: ꝑut in ep̄la hodier
na ꝯtinet̄. Dicat̄ hyſtoria ꝑut dicit Lucas in
ep̄la hodierna. Act.ix. Q̄n̄o pſequebat̄ xp̄ia
nos vt lupꝰ oues. intantuꝫ ꝙ multi xp̄iani fu-
gerunt de hieruſalem. Jō dixit ipſe. ego ſeq̄r
eos. Dicat̄ quō furijs iſectꝰ ibat damaſcū ꝛc.
Saule ſaule qd me pſequeris. Nota nō dicit
cur pſeq̄ris meos ſuitores: qꝛ tātus eſt amor
xp̄i ad ſuos ſuitores ꝙ illoꝝ pſecutionē repu
tabat ſuā. Sicut eni bonuꝫ qd fit ſuis ſuitori-
b° amore ſui recipit in perſonā ſuā: ita ꝛ malū
Jō dicet in iudicio vlt̄. Eſuriui ꝛ nō dediſtis
mihi mādućare ꝛc. Tūc dicēt. Q̄n̄ vidimꝰ te
eſurientē ꝛ dedimꝰ tibi mādućare ꝛc̄. Quibꝰ
dicet. Q̄ōcūqꝫ feciſtis vni ex minimis meis: mi
hi feciſtis. Mat.xxv. Hic pꝫ q̄n̄o hō dꝫ caue
re ne diſpliceat ſuitorib° dei: qꝛ ipſe recipit in
pſona ſua queadmodū rex recipit in ſe qū of
fendit miles vl̄ eiꝰ officialis. Et ꝑꝑ hoc tm̄ ti-
met ne offendat̄ regis official̄. Jō dixit xp̄us
ſaule. Sic eni vocabat̄ an̄ eiꝰ ꝯuerſionē. Sau
le q̇d me perſeq̄ris. Ecce amor xp̄i ad nos. Et
paulꝰ timens ac ſtupens dixit. Quis es dn̄e.
R̄n̄dit ieſus. Ego ſum ieſus nazarenꝰ quē tu
pſequeris. Duꝝ eſt tibi cōtra ſtimulū calcitra
re. Nota ꝙ paulꝰ ante ꝯuerſionē ſuam hēbat
q̄ttuor falſas credētias ſeu opiniones ꝛ erro
res ꝯ dn̄m nr̄m ieſum xp̄m. Prima ꝙ nō cre
debat ipꝫ eē deū: ſꝫ puꝝ hoieꝫ. Scd̄a ꝙ n̄ fuit
ſaluator mūdi: ſꝫ deceptor. Tertia ꝙ nō ſurre
xit a mortuis. Quarta ꝙ nō erat iudex bono
rū ꝛ maloꝝ. Sꝫ xp̄s in r̄n̄ſiōe q̄n̄ dixit. Ego ſū
ieſus nazarenꝰ ꝛc. fugauit oēs errores. Et p̄io
q̄n̄ dixit. Ego ſū: qd eſt nomē diuitat̄. qꝛ deus
ꝓprie hꝫ eē. Nr̄m aūt eē eſt nob̄ a deo datuꝫ
ſō nō dꝫ dici eſſe. Sicut nullꝰ dꝫ dici diues de
pecunijs mutuo receptis. Totuꝫ eni nr̄m eſſe
mutuatū ē nob̄ a deo. Jō ꝓprie loquēdo nul
lus hꝫ eē niſi ſolꝰ deꝰ. Jō legimꝰ Exo.iij. ꝙ q̄n̄
deꝰ voluit mittē moyſen vt liberaret ppl̄ꝫ iſrl̄
de egypto. dixit ſibi moyſes. Si dixerit mihi
qd eſt nomen dei: qd dicā eis. R̄n̄dit dn̄s ad
moyſen. Ego ſū q ſū. Sic dices filijs iſrl̄. Qui
eſt miſit me ad vos Exo.iij. Ecce quare r̄n̄dit
paulo: Ego ſū. Et dicit Aug. in libro de viden
do deū ꝙ xp̄s oñdit tūc paulo diuinā eēntiā
vt ibi determiat Aug. Cōtra ſcd̄m errorē di-
xit ieſus: qd idē eſt ꝙ ſaluator. oñdēs ſibi cla
re ꝙ nullꝰ pōt intrare padiſum nec ſaluari: ni
ſi ſibi credēdo ꝛ obediēdo. Cōtra tertiū dixit
nazarenꝰ.i.floridꝰ. qꝛ eiꝰ corpꝰ in reſurrectiōe
ſua glioſa floruit q̄ttuor floribꝰ. Pria ipaſſi-
bilitat̄. Scd̄a leuitat̄. Tertia ſubtilitat̄. Quar
ta claritatis. Jō dixit nazarenꝰ. Cōtra q̄rtum
errorē dixit. Duꝝ ē tibi ꝯ ſtimulū calcitrare.
Stimulꝰ eſt ſnīa dura quā dabit vt iudex vl̄is
bonoꝝ ꝛ maloꝝ q̄n̄ dicet malis. Diſcedite a
me maledicti in ignē eternum ꝛc̄. Mat.xxv.
Tūc paulꝰ tremēs ac ſtupēs dixit. Dn̄e quid
me vis facē.ſ. vt poſſim ſaluꝰ fieri. Nō eni vi
deo clare errores i qbꝰ erā. Et ait dn̄s ad euꝫ.
Surge ꝛ ingredere ciuitatē ꝛ dicet̄ tibi quid
te oporteat facē. Surrexit aūt de terra: aper-
tiſqꝫ oculis nihil videbat. Tāta eſt claritas q̄
eū circūfulſit ꝙ ꝑdidit viſum. ac ſi hō diu re-
ſpiceret ſolē amitteret viſū. Ad manꝰ aūt illū
trahētes viri q comitabant̄ cū illo q ſtabant̄
ſtupefacti itroduxerūt damaſcū. Et erat ibi tri
b° dieb° nō vidēs: ꝛ nō mādućauit neqꝫ bibit.
Dicūt doctores ꝙ in his tribꝰ diebꝰ didicit ꝛ
vidit in ſchola padiſi quicqd poſtmodū ꝑdi-
cauit. Interim xp̄s apparuit cuidam diſcipu
lo ſuo in damaſco exiſtēti qui dicebat̄ Anani
as: ꝛ dixit ei. Anania. Et ille. Ecce ego domi-
ne. Et ait. Surge ꝛ vade in vicū qui vocat̄ re-
ctꝰ: ꝛ q̄re in domo Jude ſaulū noie tarſenſeꝫ
Et timuit ananias dicēs. Dn̄e audiui a mult̄
q̄n̄ pſeq̄t nomē vr̄m ꝛc. Jō dn̄e nō mittatis
me ad illū lupū ꝛc̄. Tūc dixit dn̄s ad eū. Va
det q̄n̄ vas electiōis ē mihi iſte vt portet no-
men meū corā gētibꝰ ꝛ regibꝰ ꝛ filijs iſrl̄. Qꝛ
ſicut in vaſe auri vel argenti pn̄tabit̄ fructus
dn̄is: ita iſte portabit nomē meū ꝛc̄. Perfici
atur hyſtoria ep̄le cōcludēdo thēa. Vas ele-
ctionis ē mihi iſte. Ecce electio et̄na. Quātū
ad ſcd̄m dico ꝙ in cōuerſione bti pauli oñdit̄
modꝰ ꝯuerſiōis pctōris ad deū. Jō eccl̄ia fac̄
feſtum de iſta conuerſione pauli ſolū. Et ſunt
ſeptem modi quibus peccator cōuertitur ad
deum: vt Paulus. qui ſequuntur.ſ.

¶ Illuminatio diuinalis.
¶ Humiliatio perſonalis.
¶ Reprehenſio fraternalis
¶ Oſtenſio iudicialis.
¶ Inſtructio doctrinalis.
¶ Exemplificatio virtualis.
¶ Afflictio penitentialis

¶ Primꝰ modꝰ ē illuminatio diuinalis: q̄n̄

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

pctõꝛ ꝯuertit ad deũ vt paulus. a deo ſubito il
luminat: qꝛ pctõꝛ q̃diu exiſtit in pctis ẽ cec⁹.
Cec⁹.n. nõ videt ꝑiculũ in q̃ eſt. Sicut.n. ille
q̃ trãſit ꝑ vicũ: ⁊ mõ cadit in luto: mõ inter la
pides: mõ inter vepꝛes: cecus iudicat qꝛ vere
ille eſt cecus. Ita de pctõꝛe trãſeunte ꝑ viam
hui⁹ mũdi vel vite. mõ.n. cadit in luto fetẽtis
luxurie. mõ int ſpinas pungẽtis auaricie. mõ
inter lapides iracũdie ⁊ malicie. Jõ ſcriptura
ſctã tales iudicat cecos. Ambulabũt vt ceci:
qꝛ dño peccauerũt. Sopho. i. Jõ necria ẽ lux
diuina illuſtrans mẽtẽ pctõꝛis. Iſto lumine il
luminat pctõꝛ qñ dicit. O miſer quot ãnis fui
i luto luxurie: vel ſpinis auaricie. ⁊ ſic de aliis
O miſ qd erit de me ſiue de aĩa mea. Qñ di-
uinũ lum̃ irradiat ei⁹ ꝯſciaꝫ cognoſcit pctã. qꝛ
lux nãlis itellect⁹ nõ ſufficit. nec ẽt lux ſcie acq
ſite. ſꝫ lux diuina eſt necria. Hoc oñdit i ꝯuer
ſione ſcti pauli vbi dr. Et cũ iter faceret ſubito
circũfulſit eũ lux de celo. No. lux d̃ celo Act.
ix. Nõ de itellectu nãli ſeu ingenio humano.
Iſte modus ꝯuerſiõis eſt multũ dulcis qñ de
us ſubito illuminat pctõꝛẽ in domo: camera:
lecto: vl in via exiſtẽtẽ: vt cognoſcat pctã ſua
di. O miſ qd erit de me ⁊c. Iſtud lumẽ pete-
bat dauid dicẽs orãdo. Illumina oculos me
os ne vnq̃ obdoꝛmiã in moꝛte ⁊c. Scd̃s mo
dus eſt humiliatio ꝑſonal vl deiectio. Qñ.n.
ꝑſone põpoſe inflate q̃ nõ curãt niſi de mũda
nis deiiciũt vel hũiliant. Et hoc ſic ꝯtingit. qꝛ
O dicit de⁹. iſti alio remedio idigẽt. ⁊ fac eos
ꝑdere bona tpalia: ⁊ amoꝛẽ dñoꝝ in qb⁹ ꝯfi-
debãt. Et tũc ꝯuertunt ad deũ: qꝛ als nõ icura
rẽt de eo. Jõ dauid. Imple facies eoꝝ ignomi
nia ⁊ q̃rent nomẽ tuũ dñe. Inñdicta ẽ aduer
ſitas ſeu tribulatio paupttatis vel aduerſitatis
ifirmitat ſeu ꝑſecutõis dñoꝝ q̃ ꝯuertit pctõꝛẽ
ad deũ. Iſte modus oñdit in paulo. q̃ ibat fu
riis ifect⁹ dirũq̃ toto pectoꝛe vir⁹ efflabat: ⁊
eadẽs in t̃rã ex ꝑſecutoꝛe fact⁹ ẽ vas electiõis
di. Dñe qd me vis facẽ. Ecce quõ ex aduerſita
te fuit ꝯuerſus. ¶ Terti⁹ ẽ repͥhẽſio fraternal.
Sũt.n. aliq q̃ nec pꝛio nec ſcd̃o mõ ꝯuertũt: qꝛ
de⁹ nõ exeq̃t in eis dic pꝛia: ſꝫ qñ aliqs vt ami
cus: frat: ſoci⁹: pr: vl vicin⁹ dulcit coꝛrigit ami
cũ ſuũ vl filiũ di. Hoc dr de vob. Jã gẽtes lo
quunt de vob iſta. Jõ amoꝛe dei coꝛrigat ⁊c.
Iſto mõ multi ꝯuertũt ad xp̃m. Jõ dicit xp̃s
Si aũt peccauerit i te frat tu⁹: vade ⁊ coꝛripe
eum inter te ⁊ ip̃m ſolũ. Si te audierit lucra-
tus es fratrẽ tuum. Math. xviii. Iſte modus
oſtendit in paulo quãdo xp̃s coꝛrigẽdo eum
dixit ei. Saule ſaule qd me ꝑſeq̃ris. ¶ Quar

tus eſt oſtẽſio iudicialis qñ deus per ſe inuiſi
biliter vel ꝑ os alicui⁹ ſcti ⁊ deuoti hoĩs oñdit
ſibi rigoꝛẽ iuſticie tali mõ. Uideam⁹ ſi tu vis
ꝑſeuerare in iſta mala vita: qd dices in iudi-
cio: quid reſpondebis xp̃o dicenti. Quid feci
ſti ꝓ me: oñdens vulnera ⁊ dicens. Ecce quid
ego feci ꝓ te: cognoſcis iſta vulnera: videam⁹
quid tu feciſti ꝓ me: qd dices tu q̃ modo ſtas
⁊ viuis in pctis: ⁊ nihil bõi facis. quõ euades
iferni penas. Tales oſtẽſiones iudiciales fa-
ciunt ꝯuertere multos: ꝯfitent ⁊ faciũt pniam
vt poſſint aliqd oñdere in iudicio. Jõ Dauid
Cognoſcet dñs iudicia faciẽs: in oꝑibus ma
nuum ſuarũ cõpꝛehẽſus eſt pctõꝛ. Cõuertãt
pctõꝛes in infernũ. ſ. per cogitationem. pſ. ix.
Iſte modus oñdit in paulo: cui xp̃s oñdit ſe
in foꝛma iudiciali: quẽadmodũ dꝫ ſtare i die
iudicii: qñ dixit ſibi. Durũ ẽ tibi ꝯtra ſtimulũ
calcitrare. Et ſtatim paulus dixit: dñe qd me
vis facere. ¶ Quint⁹ ẽ inſtructio doctrinalis
vt in pꝛedicatiõe: ad quã multi veniunt pctõ
res ⁊ in magnis pctis inuoluti: ⁊ redeũt con-
uerſi ad deũ: qꝛ in pꝛedicatiõe qñ pꝛedicatoꝛ
pꝛedicabat bonas doctrinas: pctõꝛes cogno
ſcunt ſuam vitã malam: ⁊ dicũt. O miſer ſm
hoc in malo ſtatu ſum ego. Et iſto mõ ꝯuertũ
tur plures q̃ aliis ſupꝛadict modis. Jõ dice-
bat apoſtolus. Non erubeſco euãgeliũ. Uir-
tus.n. di eſt in ſalutẽ omni credẽti. Ro. i. No
ta non erubeſco euangeliũ ſicut illi q̃ magis
curãt de poetis q̃ de euãgeliis. Doctrina poe
taꝝ neminem ſaluat. Ideo pꝛedicatoꝛes euã-
gelice doctrine ſingularem coꝛonã hñt in pa
radiſo. Iſte modus conuerſionis oſtenſus fu
it in paulo: cui dixit chꝛiſtus. Surge ⁊ ingre-
dere ciuitatem: ⁊ dicet tibi qd te opoꝛteat fa-
cere: ſi voluiſſet dicere paulus. Dñe oñdatis
mihi vos qd habeo facere. Cur me ad alium
remittitis dixiſſet chꝛiſtus. Uade qꝛ in te do
inſtructionem xp̃ianis vt quõ tu iuiſti ita ipſi
faciant ⁊ inſtructioneꝫ habeant. Nota illa ci
uitas ad quã chꝛiſtus remiſit paulum dicens
Surge ⁊ ingredẽ ciuitatẽ ⁊c. Dicebat dama
ſcus q̃ interpꝛetat ſanguinoſa: ⁊ ſignificat ec-
cleſiam vbi ſanguis xp̃i conficit ⁊ ſumit. Qñ
ergo dicit: Ingredere ciuitatẽ. i. eccleſiam ad
audiendã miſſam ⁊ ſermoneꝫ. Ibi.n. dicetur
tibi qd te opoꝛteat facere. Iſte eſt pꝛincipalis
modus conuerſionis pctõꝛis. ¶ Sextus mo
dus eſt exẽpli v̓tualis: qñ.n. videt q̃ aliqs te
net bonã vitã ⁊ ſctãm etiam ſi nõ loq̃tur pdi-
cando: exẽplo tñ illius multi cõuertunt. Di-
catur h̓ de cõuerſiõe cuiuſdã pꝛincipis latro-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

num in q̄dā via ad dep̄dandū exiſtētis. Quidā .n. ſctūs abbas volēs ipm ad xp̄m ꝯuertere iuit ad eū: ⁊ ſtati capt⁹ ē vt eū denudaret ⁊c. Abbas vo interogauit eū de q̄ viueret in tali heremo. O dixit abbas i magno labore ⁊ piculo viuit: ſi vult mecū venire ad monaſteriū ego ꝓuidebo vob opulēter. Ille timēs de captione nō audebat ire ſ; abbas ipm aſſecurauit ⁊ ſecut⁹ eſt eū ⁊ dedit illi optimā camerā: ⁊ vnū monachū deuotiſſimū in ſuitorē vt ſuiret ſibi dans ei ⁊ miniſtrās qcqd vellet: gallinas: ꝑdices: capōes ⁊c. Et poſtq̄ ipe erat prāſus frat ille ſuitor corā eo comedebat panē ⁊ aquā. Itē qn̄ ipe iacebat in lecto: frat orabat genib⁹ flexis cū lachrymis ⁊c. Poſt multos dies ille capitane⁹ dixit fri. Et q̄lē vitā tenuiſtis vos in mūdo: qꝛ tātā pniam facit̄. Rn̄dit frat ꝙ fuit valde pctōr. Et ille. Et dicat̄ mihi in q̄bus peccaſtis. Et dixit frat. In mult̄ dn̄e. Et dicat̄ mihi ſi placet vobis. Ego dicā. Riſi exceſſiue ⁊ truffaui: ⁊ ſic de alijs venialib⁹. Et capitaneus o mi⁊ ⁊ qd erit de me q tot hoies depredat⁹ ſū ⁊ occidi: qꝛ vos de tā puis pctis facit̄ tātā pniā: de cetero volo viuē vt vos: non det̄ mihi lectū: nec gallinas. Et ſic fuit exēplo illi⁹ ꝯuerſus. Jō dicit Greg. Plus mouēt exēpla q̄ vba: exēpla .ſ. bone vite. Forte ſi centū ānis aliqs p̄dicaſſet illi nō ꝯuertiſſ; eū: ⁊ i exemplo bone vite ꝯuerſus eſt. Legit ꝙ tpe bti petri apl̄i qn̄ ipe p̄dicabat in roma: aliq̄ bone mulieres iā ad xp̄m ꝯuerſe hēbāt viros querſos ꝯuertere. Et eis oñdēs iſtū modum dixit. Mulieres ſubdite ſint viris: vt ſi q nō credūt vbo p mulierū ꝯuerſationē ſine vbo lucrifiāt ꝯſiderātes in timore ſctām ꝯuerſationē vr̄am .i. Pet. iij. Iſte modus oñſus fuit in paulo qn̄ ad manus illum trahēdo in ciuitatē. introduxerunt. Manus ſignāt opera: quia manibus operamur. Ideo dicit. ad manus illum trahētes: in q̄ innuit ꝙ exēplo opeꝝ trahūt pctōres ad deū. ¶ Septimus modus eſt afflictio pnialis dicēdo Dn̄e l; ſim malus ⁊ pctōr: ſpero tn̄ ꝙ ex iſta pnia extrahet̄ me ð pcō ⁊ ꝯuertet̄ ad bonā vitā. Jō lic; hō ſentiat ſe in pctis nō d; pniā dimittere: qꝛ diſpoſitiua eſt ad cōuerſionē ⁊ finalr ad ſaluationē. Pniā agite appropinquabit enim regnum celoꝝ. Matt. iiij. Iſte modus oñdit in ꝯuerſione bti pauli apl̄i q trib⁹ diebus nō māducauit neq; bibit: q̄lis afflictio pnialis: ſignū fuit ꝙ ex pnia de⁹ ducit pctōrem ad ꝯuerſionē ⁊ ſaluationē. Ecce q̄re eccl'ia facit feſtū de ꝯuerſione bti pauli apoſtoli: qꝛ non ſolum fuit miraculoſa ſ; etiā peccatoribus fuit proficuoſa.

## ¶ De purificatiōe btē vgīs marie. Sermo.

Dies purificatiōis marie. Lu. ij. Iſtud pn̄s feſtum vnū eſt de maioribus totius anni. Rō: qꝛ tres ſunt ſctōꝝ gradus de q̄bus facimus feſtū. Primus de pſona eminenti .ſ. alta. Secūdus maior .ſ. de pſona ſctā excellenti. Tertius multo maior de pſona ſctā trāſcendenti. Dico primo ꝙ de primo gradu fuit q̄libet apoſtoloꝝ petrus ⁊ paulus ⁊c. Joānes baptiſta: martyres: ꝯfeſſores ⁊c. Jō eoꝝ feſta ſunt magna. De ſcdo gradu eſt vgo maria q̄ non ſolum eſt ſctā ſed hēt excellentiā ſup oēs ſctōs. Ideo eius feſta ſunt maiora. In tertio gradu eſt ſolus xp̄s q tranſcendit oēm altitudinē creaturaꝝ. Ideo ei⁹ feſta: vt natiuitatis: epyphanie: preſentationis: reſurrectionis ⁊c. ſunt multo plus maiora. Iſtos tres gradus ſanctoꝝ inuenio in feſto hodierno: qꝛ hodie fit feſtū. De ſymeone ſctō eminenter. De vgine ſctā ſup oēs excellenter. De xp̄o ſctiſſimo trāſcendenter. Qui hodie fuit in tēplo p̄ntatus a virgine Maria ſicut mō mulieres poſt partū veniūt ad eccleſiam cū ꝓle. Jō iſtud feſtum hēt tria noia. ꝑ Inq̄ztū eſt ſymeonis dr̄ dies obuiatiōis ſymeonis. ꝑ Inq̄ztū eſt ieſu xp̄i dr̄ dies p̄ntationis. ꝑ Inq̄ztū vero eſt vginis marie intitulatur dies purgatiōis marie. Et qꝛ ſpecialiꝰ hodie fit feſtū de vgīe maria. Ideo ſingulariter dicit thema. Dies purgationis ⁊c. Ideo primo loquit de virgine. Secūdo de xp̄o. Tertio de ſctō ſymeōe. ¶ Quātum ad primū ⁊ inq̄ztū pn̄s feſtum tangit virginem: dicitur dies purgationis marie. Quādo autem auditis iſtud nomē purgatio non intelligatis ꝙ virgo maria indigeret purgatione: qꝛ nūq̄ peccauit aliquo modo nec corde male cogitando: nec ore vane loquendo nec corpore male operando: immo fuit purior ſole intantum ꝙ ſpirituſſanctus de ea philocaptus de ſua puritatem fecit vnam cantilenam dicēs. Qꝛ pulchra es amica mea q̄ pulchra es tota: ⁊ macula non eſt in te. Can. iiij. Nota q̄ eſt dictio admirantia. Et dicitur ter pulchra: quia pulchra fuit in anima: quia nūquā habuit malā nec vanā cogitationē: ſecus de nobiſ. Scdo pulchra in ore: qꝛ nunq̄ vane ſeu ocioſe vel indiſcrete locuta fuit. Nos vero nō habemus os pulchrū. Tertio pulchra in toto corpore: qꝛ ſine oi defectu ⁊ negligentia. temperata in cibo ⁊ potu: diligēs in ſeruitio dei ſecus de nobis. Quare ergo dicit thema.

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Dies purgationis marie. Iſtam q̃õnem de
clarat btũs Lucas in euãgelio hodierno di.
Dies purgationis marie: ſtatiʒ dixit ſm legẽ
moyſi: ⁊ nõ dixit ſʒ pſonã ſuã: qꝛ nõ indiguit.
Modo videamꝰ que lex eſt moyſi quã dedit
mulieribꝰ parientibus maſculos. Dicit. n. lex
Mulier que ſuſcepto ſemine pepit maſculũ
in mũda erit ſeptẽ diebꝰ: nec ingredieť in ſan
ctuariũ donec impleanť dies purgationiſ ſue
Leuit. xij. Hoc ergo pceptũ nõ tãgebat virgi
nem mariã: qꝛ nõ pepit ſuſcepto ſemine. Vñ
querit ſctũs Tho. iij. pte. q. xxxviij. ar. iiij. An
ꝯuenienter mř dei purganda ad tẽplũ dei ac
ceſſerit. Et rñdet q ſic: qꝛ ſicut plenitudo gře
a xp̃o deriuať in matrẽ: ita decuit vt mř hũili
tati filij ꝯformareť. Humilibꝰ. n. ds dat grã:
vt dř Jac. iiij. Et iõ ſicut xp̃s lʒ legi nõ eẽt ob
noxiꝰ: voluit tñ circũciſionẽ ⁊ alia legis one
re ſubire ad oñdendũ humilitatis ⁊ obedien
tie exẽplũ: ⁊ vt approbaret legẽ ⁊ vt calũnie
occaſionẽ iudeis tolleret. Propter eaſdem
rõnes voluit matrẽ ſuaʒ implere legis obſer
uantias: qbꝰ tñ nõ erat obnoxia. Lʒ. n. btã vir
go nullã hẽret imundiciã voluit tñ purificati
onis obſuantiã implere: nõ pp indigentiã: ſʒ
pp legis pceptũ. Et iõ ſignãter euãgeliũ Lu.
ij. dicit q impleti ſunt dies purgatiõis marie
ſm legẽ moyſi. Ipſa. n. ſm ſe purgatione non
indigebat. Nã Leuit. xij. dř. Mulier ſi ſuſce
pto ſemine pepit maſculum imũda erit. Vbi
moyſes vř fuiſſe locutꝰ ad excipiendã matreʒ
dei ab imũdicia: que nõ pepit ſuſcepto ſemi
ne. ⁊ iõ pʒ q nõ obligabať ad impletionẽ illi
us pcepti: ſʒ volũtarie purgationis obſuãtiã
impleuit. Sʒ hic eſt qõ. Quare ds ordinauit
iſtã legẽ: nũqd eſt pctm̃ gñare filios in ſtatu
mřimoniali. Rñdeť q nõ: ſʒ multe rõnes aſſi
gnanť a ſctis doctoribꝰ: ſed vnã ſolã ego vo
lo declarare. Rõ illiꝰ legis eſt qꝛ oĩa pcepta
legis reducunť ⁊ includunť in decẽ pcept̄ de
calogi que frãgunť q̃druplicitér. ſ. opatione:
omiſſione: locutione: ⁊ cogitatiõe. Et q̃ttuor
decies faciat numeꝝ q̃dragenariuʒ. Mulie
res aũt in ꝯcipiendo: portãdo: pariẽdo: ⁊ nu
triendo: iſtis q̃ttuor modis peccant ꝯ dei pre
cepta: iõ faciũt dies purgationis. Prio pec
cant in opatione ꝯcipiẽdo. Nã ds ordinauit
actũ gñationis ad ꝯſeruationẽ humane nãe.
Et multotiẽs nõ mouenť ad cã niſi ſic equus
⁊ mulus: canis vel porcus ſm canis ſenſuali
tatẽ: cũ tñ deberent hẽre intentionẽ pdicato
ris qui pdicat vt cõuertat gentes ad deuʒ vt
paradiſus impleať filijs dei: ita genitorẽs de
bent hẽre intentionẽ gñandi filios pro paradi
ſo. Virgo aũt maria nõ peccauit opatione: qꝛ
nõ ab hoie: ſʒ a ſpũſctõ ꝯcepit qui formauit il
lud corpꝰ dñi nři ieſu xp̃i vt formať granũ in
fra auellanã vel amigdalũ. Iõ eccl̃ia cantat.
Nõ ex virili ſemine ſʒ miſtico ſpiramine v̓bũ
dei factũ eſt caro fructuſqʒ ventris floruit. 2°
peccant mulieres omiſſione portãdo: qꝛ ſi pͦ
faciebãt pniam. ſ. ieiunia: orõnes: pegrinati
ones: ⁊ huiuſmodi qñ ſunt grauide totũ omit
tunt. Et lʒ ſint ſatis faſtidioſe: tñ ip̃e ſe faciunt
plus faſtidioſas ⁊ magis delicatas ſe fingũt.
Sʒ v̓go maria in hoc nõ peccauit aliqd omit
tendo: qꝛ dič Bern. q erat grauida ſine gra
uamine: imo pgnatus portabat eã. Sicut de
nube q̃ nõ põt eleuari: ſʒ qñ radiꝰ ſolis tangit
eã eleuať: ⁊ ẽ magis leuis. Ita radiꝰ ſolis eter
ni in vtero virginis extřis. Iõ non dimittebat
aliqd de ſuis deuotionibꝰ: imo ãphꝰ faciebat
queadmodũ ſacerdos qñ portat cuſtodiã eu
chariſtie ẽ deuotior. Ita v̓go q̃ cuſtodia erat
tunc corpis xp̃i. 3° mulieres peccãt locutione
pturiẽdo qñ. n. ſentiũt dolores ptꝰ: dicũt mul
ta v̓ba vana ⁊ indiſcreta. Cũ tñ deberẽt recur
rere ad xp̃m dicẽdo ieſꝰ: ⁊ ad v̓ginẽ mariaʒ q̃
ſine dolore pepit: ⁊ ad ſctõs dei. Ip̃e tamẽ alẽ
q̃ maledicũt euã: alie viros: alia dič. O ſi mõ
euadã nũq̃ accedo ad virũ. Sʒ v̓go in hͦ nõ
peccauit: qꝛ ſine dolore ⁊ miſia pepit. Sič ra
diꝰ ſolis tranſit p feneſtrã vitreã ſine ruptura
imo pulchriorẽ reddit eã. iõ Yſa. Germinans
germinabit ⁊ exultabit letabunda ⁊ laudãs.
Gl̃ia libani data ẽ ei: decor carmeli ⁊ ſaron.
Iſa. xxxv. Quarto mľieres peccãt cogitatõe
nutriẽdo. Cogitãt. n. modo habeo herodeʒ:
modo ſũ dña cũ tñ i magno timore dicere de
berent. O dñe dediſtis mihi iſtũ filiũ: qd ſcio
mõ qd erit de filio meo ſi erit malꝰ bõ: taliſ vt
me iterficiet vel q faciat aliquod malũ vt ſit
ſuſpeſꝰ ⁊ finaliẽ damnatꝰ: ſʒ v̓go i hoc nõ pec
cauit. Sciebat. n. ſcripturas. Iõ qñ in partu
ip̃a vidit mirabilia q̃ facta fuerũt cogitabat
ſuã paſſionẽ. Iõ dič beatꝰ Lucas. Maria aũt
ꝯſuabat oĩa v̓ba hec ꝯferẽs i corde ſuo. Lu. ij.
Qñ vidit puerũ ieſũ natũ ⁊ nudũ cogitauit i
corde ſuo di. O ve ſic filiꝰ meꝰ erit nudꝰ in cru
ce. Deinde pãnis eũ inoluit cogitãs q ſic eiꝰ
corpꝰ inolutereť ſyndõe i eiꝰ ſepultura. Deide
poſuit eum in pſepio in medio duoꝝ aialium
cogitãs q ſic ſuſpẽdereť i medio duoꝝ latro
nũ. Pʒ gͦ q v̓go maria nulloͦ peccauit: nec
ꝯcipiẽdo opatione: nec portãdo obmiſſione:
nec pariẽdo locutõe: nec nutriẽdo cogitatõe

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

tñ voluit humiliari ad ſeruādū legē moyſi ac
ſi eēt imunda ꝛ peccatrix vt cetere mulieres.
Recte dic̄ Bern̄. ꝙ fuit ſilis filio ſuo q vo-
luit circūciſionē recipe ad quā nō tenebat: qꝛ
dabat in ſignū pcti: vt ſcindunt aures latroni
in ſignū furti. Ita v̄go voluit ſeruare iſtam le
gē ad quā nō tenebat. Dicat practice hic ꝛ ꝓ
babilr qn̄o fuit ab ea lex iſta ſeruata: qꝛ in. xl.
die a natiuitate filij ſui vt ē dies hodierna ve-
nit ad tēplū dn̄i in q̄ ſeorſuꝫ ſtabant mulieres
generoſe ꝛ diuites ꝛ ſeorſuꝫ ſimplices ꝛ pau-
peres: ꝛ ſeorſū v̄gines. Et iſte mos hodie a iu
deis ſeruat: v̄go aūt maria in igreſſu tēpli re
ſpexit cogitās qb⁹ ſe aſſociaret: qꝛ licꝫ eēt ge
neroſa ꝛ nobilis de genere dauid: tñ erat pau
per ꝛ ſimplr induta. qꝛ totū pr̄imoniuꝫ dedit
amore dei ꝛ totū aurū qḋ ſibi obtulerunt re-
ges oriētis: ꝛ volebat viuere manib⁹ ꝓprijs.
Iō ſi iūgeret ſe mulierib⁹ diuitib⁹ potuiſſet ſi-
bi dicere. Vadaꝫ ad locū vr̄m. Bn̄dict⁹ de⁹:
vxor vni⁹ pauperis carpētarij vult ſe nobis ſo
ciare ꝛc̄. Si cū v̄ginib⁹ lꝫ fuiſſet v̄go: dixiſſent
ſibi. Et vos q habetis viꝝ ꝛ filiū veniſtis nobiſ-
cuꝫ: ꝛ vn̄ hoc ꝛc̄. Iō poſuit ſe cū ſimplicib⁹ ꝛ
paupib⁹ mulierib⁹. Et fuit ꝯpleta q̄dā ꝓp̄hia
quā p̄dixit ſpūſſāctus p os ſalomonis di. Sic̄
liliū inter ſpinas: ſic amica mea ſupple eſt int̄
filias. Can. ij. Habem⁹ hic exēpluꝫ humiliat̄:
ꝛ tñ mō qlibꝫ ſe igerit: qꝛ qlibꝫ vult eē in capi
te i ꝯuiuijs ꝛc. Et iō v̄go maria regina paḋiſi
poſuit ſe retro. Iō dixit maria. Quia reſpexit
hūilitatē ancille ſue ꝛc. Nō dic̄ charitatē nec
v̄ginitatē. Ecce eñ ex hoc beatā me dicēt oēſ
generatiōes. Et hec fuit p̄ma humilitas quā
hodie fecit in ipletōe legis. Itē nota aliā ma
gnā humilitatē in v̄gine maria: qꝛ dic̄ euāge
liū hodiernū vt faceret ſm̄ ꝯſuetudinē legis
ꝓ eo. Cōſuetudo enī legis erat: vt ptꝫ Leuit̄.
xij. ꝙ qn̄ poſt partū in. xl. die mulier veniebat
ad tēplū flexis gēib⁹ corā ſacerdote dicebat.
Ecce oblationē offeratis ꝓ me ſacrificium vt
de⁹ remittat mihi pctā q̄ ꝯmiſi ꝯcipiēdo: por
tādo. pariēdo: ꝛ nutriēdo. Sacerdos autem
recepta oblatiōe ꝛ facto ſacrificio dabat mu
lieri bn̄dictōeꝫ: ꝛ recedebat mulier. Iſtā ꝯſu
etudinē voluit v̄go maria hodie ſeruare: ve-
niēs in tēplo dicēs ſacerdoti: nō ſymeoni qꝛ
nō legit ipſꝫ fuiſſe ſacerdotē: ſꝫ hominē ſctū.
Hodie ē q̄dragesima dies ꝙ pepit iſtū filiū:
ꝛ octaua die fuit circūciſus: ꝛ vocat⁹ fuit ieſus
ꝛ dedit ſibi oblationē par turturuꝫ aut duos
pullos colūbaꝝ dicēſ vt oraꝛꝫ ꝓ ea. O maxia
hūilitas: ſctiſſima dicebat pctōri: orate ꝓ me.
Et ſacerdos non cognoſcebat eam. Meli⁹ co
gnoſcebat eā Yſaias. Ecce v̄go cōcipiet ꝛ pa
riet filiū: ꝛ vocabit nomē eius emanuel. Yſa.
vij. Tūc fuit cōpleta ꝓphetia ſalomonis dicē
tis in pſona virginis. Nigra ſum ſꝫ formoſa
filie hierl̄m ꝛc. Nolite me ꝯſiderare qꝛ fuſca
ſuꝫ: qꝛ decolorauit me ſol. Can. i. Virgo erat
nigra ocul̄ ignariſ eā nō cognoſcētib⁹: ſꝫ erat
formoſa angel̄ dei. Nolite me cōſiderare ſup
ple deſpiciendo: qꝛ decolorauit me ſol: qꝛ ar-
dor diuini amoris ſic hūiliari faciebat: ſupple
incedēdo. Iō pōt nob̄ dicere illud Math. xi.
Diſcite a me qꝛ mitis ſuꝫ ꝛ humilis corde: ꝛ
inuenietis requiē aiab⁹ veſtris. Iugū eni meuꝫ
ſuaue eſt ꝛ on⁹ meū leue. ¶ Quantū ad ſcḋm
pūctū: tūc hoc feſtū tāgit dn̄m nr̄m ieſuꝫ xp̄m.
Intitulat eñ dies pūtatiōis ieſu xp̄i. Nō in-
telligat̄ ꝙ xp̄s idigeret pūtatiōe: qꝛ nūꝗ fuit
elōgat⁹ a deo pr̄e nec vnꝗ fuit abſcēs: imo ſi
cut ſol mittit ad nos ſuuꝫ radiū: ꝛ tñ ſemp eſt
cū ſole: ita de xp̄o. Nos aūt pctis elōgamur a
deo: iō indigem⁹ pūtatiōe. Xp̄s aūt ſemp fuit
pn̄s pr̄i: ēt in vtero virginis exiſtens de die ꝛ
ēt de nocte. Iō dicebat pat̄ ad eū. Tu fili ſem
per mecū es. Lu. xv. Licꝫ miſerim te in mun
dū ad illuminādū in fide euāgelica: calefaciē
dū in amore dei: ꝛ fructificāduꝫ in bonis opi
bus. Iō hodierna xp̄i pūtatio nō fuit neceſſi-
tatis: ſꝫ humilitatis: ſicut virginis mr̄is purga
tio. Voluit eniꝫ xp̄s ſeruare legē pūtationis,
vt dic̄ ſctūs Tho. iij. pte. q. xxxvij. ar. iij. vbi ſic
dic̄ ꝙ xp̄s voluit ſub lege fieri: vt eos qui ſub
lege erāt redimeret: ꝛ vt iuſtificatio legis in
ſuis mēbris ſpūalr̄ ipleret. Et in ſolutione ad
tertiū dicit ꝙ ꝓpter hoc ipſꝫ ēt voluit regales
hoſtias ꝓ ſe offerri: qui erat vera hoſtia vt fi
gura veritati ꝯiūgeret: ꝛ p veritatem figura
approbaret. Et illḋ dictū eſt ꝯtra illos q deū
legis negāt a xp̄o fuiſſe in euāgelio p̄dicatū.
Non enim putandū eſt: vt Origenes dicit ꝙ
filiū ſuū bonus de⁹ ſub lege naſci fecerit quā
ipſe non dederat. Hec ille ibidē. Unde vt ex
corpe iſtius articuli tertij ꝛ ex ſolutionib⁹ ar-
gumentorū colligitur: xp̄s voluit in templo
hodie preſentari ꝓpter q̄ttuor. Primo ꝓpt
legis impletioneꝫ. Et hoc tangit doctor ibi-
dem in corpore articuli: vbi dicit ſic. De ple
nata duplex preceptū in lege traditur. Unuꝫ
quidem generale quo ad oēs: vt ſcilicꝫ com-
pletis diebus purgationis matris offeretur
ſacrificium pro filio ſiue pro filia: vt habetur
Leuit. xij. Et hoc quidem ſacrificium erat ꝛ
ad expiationeꝫ peccati in quo ꝓles erat ꝯce-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

pra ꝛ nata: ꝛ etiam ad ꝯſecrationem quandã
ipſius: qꝛ pᵒ pn̄tabat in tēplo: ꝛ iō aliqͦd offe
rebat in holocauſtū: ꝛ aliqͦd pro pctō. Aliud
autē pceptū erat ſpāle in lege de pmogenitis
tam in hoīb⁹ qꝫ in iumētis. Sibi.n. deputaue
rat oē primogenitū filioꝝ iſrl̄ pro eo ꝙ ad li-
beratione populi iſrl̄ pcuſſerat primogenita
egypti ab hoīe vſqꝫ ad pecus: pmogenitis fi-
lioꝝ iſrl̄ reſuatis. Et hoc mādatū ponit Exo.
xiij. In quo ēt pfigurabat xps qui eſt pmoge
nit⁹ in multis fratribus: vt dr̄ ad Roma. viij.
Quia igit xps ex muliere natus erat q̄ſi prio
genitus: iō voluit fieri ſub lege ꝛ in tēplo of-
ferri ꝛ pn̄tari. Et h̄ duo circa xpꝫ lucas oñdit
obſeruata. Pᵒ qͦdē id qͦd ptinet ad pmogeni
tos cū dicit. Tulerūt illū in hierlm vt ſiſterēt
eū dn̄o: ſicͭ ſcriptū eſt in lege dn̄i: qꝛ oē maſcu
linū adaperiēs vuluā ſctm̄ dn̄o vocabit. Se-
cundo illud qͦd ptinet cōiter ad oēs: cū dicit:
vt darent hoſtiā ſm̄ ꝙ dictū erat in lege dn̄i
par turturū: aut duos pullos colūbarū. Scdo
voluit xps in templo offerri pp tēpli ſctifica-
tionē. Et hoc tāgit ibidē doctor in ſol. ad pri
mū vbi dicit ſic. Sicͭ dicit Greg. niſen⁹: illud
legis pceptū. Sctifica mihi oē pmogenitum
qͦd aperit vuluā in filijs iſrl̄. Exo. xiij. In ſolo
deo incarnato ſingulariṫ ꝛ ab alijs differēter
impleri videt. Ipſe nanqꝫ ſolus ineffabiliter
cōcept⁹ ac incōprehēſibiliṫ edit⁹: v̓ginalē vte
rū aperuit: nō antea cōnubio reſeratus: cōſer
uans etiaꝫ poſt ptū inuiolabiliṫ ſignaculū ca
ſtitat. Vn̄ cū dicit adaperiēs vuluā deſignat
ꝙ nihil antea intrauerat vl̓ exiuerat. Per hᵒ
etiā ꝙ dr̄ maſculiuꝫ ſignificat qꝛ nihil de femi
neitate culpe portauit. Singulariṫ etiā ſctūs
dr̄ q terrene ꝯtagia corruptele imaculati pt⁹
nouitate nō ſenſit: ideo nō indigebat ſctifica
ri in templo: ſꝫ poti⁹ templū debebat ſctifica-
ri p ipm̄ q erat ꝛ eſt ſctūſſctōꝝ. Vn̄ Aggei. ij.
Adhuc vnū modicū ꝛ ego mouebo celum ꝛ
terrā mare ꝛ aridā. Et mouebo celuꝫ ꝛ terrā
ꝛ veniet deſiderat⁹ cunctis gentib⁹ ꝛc. Ma-
gna erit glīa dom⁹ iſti⁹ nouiſſime plus q̄ pᵉ.
ꝛ Malach. iij. dr̄. Statim veniet ad templū
ſuū dn̄ator quē vos q̄ritis: ꝛ angelus teſtamē
ti quē vos vult̄ ꝛc. 3ᵒ voluit xpus in tēplo of-
ferri pp nr̄am inſtructionē. vt doctor ibidem
tangit ad ſcdm: qꝛ ſicut dei fili⁹ non pp ſeipm
fact⁹ eſt hō ꝛ circūciſus in carne: ſꝫ vt nos per
grām faceret deos ꝛ vt ſpūaliter circūcida-
mur: ſic pp nos ſiſtit dn̄o: vt diſcam⁹ deo pn̄ta
re noſipſos. Et hoc poſt circūciſionē ei⁹ factū
eſt vt oñdat neminē niſi circūciſum vitijs di-
gnū eſſe diuinis ꝯſpectib⁹. Quarto voluit in
tēplo offerri pp miſticā ſignificationē: vt ibi-
dem doctor tangit ad quartū. Nā Leuit. xij.
pcipit vt illi q poſſent offerrēt agnū ſil̓ ꝛ tur-
turē ſiue colūbā pro filio aut filia: qui v̓o non
ſufficerēt ad offerēdū agnū offerrēt duoſ tur
tures aut duos pullos colūbaꝝ. Xps ergo cū
diues eēt pp nos egen⁹ fact⁹ eſt: vt illi⁹ inopia
diuites eſſem⁹. Vn̄ dr̄. ij. Coꝛ. viij. pro ſe pau
perē hoſtiam offerri voluit: ſicͭ ꝛ in natiuitate
pānis inuoluit: reclinat in pſepio. Nihilomi
nus tn̄ hmōi aues figure cōgruūt. Turtur.n.
qꝛ eſt aial ꝛ auis loquax: pdicationē ꝛ ꝯfeſſi-
onē fidei iportat: qꝛ v̓o eſt aial caſtū ſignat ca
ſtitatē: qꝛ v̓o eſt aial ſolitariū ſignificat cōtē-
plationē. Colūba v̓o eſt aial ſimplex ꝛ man-
ſuetū ꝛ ſignat māſuetudinē ꝛ ſimplicitatem.
Eſt aūt aial gregale: vn̄ ſignificat vitā actiuā
ꝛ hui⁹ hoſtia ſignificat pfectionē xpi ꝛ mēbro
rū ei⁹: vtrūqꝫ aūt pp ꝯſuetudinē gemēdi pn̄-
tes ſctōꝝ luct⁹ deſignat. Sꝫ turtur q̄ eſt ſolita
ria ſignificat orōnū lachrymas. Colūba v̓o q̄
eſt gregalis ſignificat publicas orōnes eccleſ
vtrūqꝫ aūt aial duplicatū offerebat: vt ſctitas
nō ſolū ſit in aīa ſꝫ ēt i corpe. Hec ſctūs Tho.
ibidē. Et pp hec q̄ttuor xps voluit in templo
pn̄tari. Tamē ēt ex dictis pꝫ rō lralis: q̄re xps
ſibi reſuauerat oē primogenitū. Sꝫ rō mora
lis eſt iſta: ſicut.n. inter vi. ꝛ vxo. fit mrioniuꝫ
ad ꝓles generādas: ita inter ſpm̄ ꝛ carnē eſt
quaſi mrionialis ꝯiunctio ad generādū ꝓles
ſ. act⁹ virtuoſos ꝛ opa meritoria: qꝛ caro ſine
ſpū nihil valet. Nā ſpūs mouet carnē ad opa
virtutū ꝛ meritoꝝ exercēda que ꝓles dicunt
Vn̄ dicit Dd. Filij tui ſicut nouelle oliuaꝝ in
circuitu mēſe tue. De iſtis filijs. ſ. actib⁹ v̓tuo
ſis d̓s vult pmogenitū ſibi offerri. Sꝫ qs eſt il
le pmogenitus. Regula eſt phie: ꝙ illud qͦd
eſt vltimū in executione eſt primū in intētiōe
erga deū. Verbigrā ſi q̄rat q̄re hodie veniſtiſ
ad miſſaꝫ: que fuit vr̄a pª intētio. ſi dicitis pp
honorē dei ꝛ virginis ꝛ ex ordinatione eccie
tūc bn̄ ſtatis in ꝯſcia: qꝛ primogenitū offertis
deo: qꝛ intētio vr̄a bōa eſt: qꝛ pp deū veniſtis.
ſi v̓o dicitis veni ad eccleſiā vt videā tm̄ mulī
eres ꝛc. tūc priogenitū offertis dyabolo ꝛ nō
deo: qꝛ vr̄a intētio mala ē. Idē de elemoſyna
ſi datis eā intētione vane glīe vel hmōi: pmo
genit⁹ dat dyabolo. Si aūt dat vt d̓s faciat vo
bis elemoſynā de grā quam ab eo petitis: qn̄
aīa vr̄a veniet ad portā padiſi pulſans ꝛ pe-
tens elemoſynā ꝙ d̓s vobis faciat elemoſynā
tunc offert pmogenitus deo. Iō in quolibet



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ope virtuoſo gratis inter vos cui dat ꝛ offert
primogenit⁹: ne meritū pdat ex mala intenti
one: qꝛ nihil valet opus virtuoſum mala intē
tione factū: ꝛ multa ꝛ magna opera virtuoſa
pdunt ex mala intētione fcā: qꝛ primogenit⁹
non offert deo. Ecce qre ds pcipit ſibi offerri
pmogenita. Jdō dic̄ apls. Siue ergo mādu
catis ſiue bibatis: omnia in gl'iaꝫ dei facite. i.
Cor. x. Jō domin⁹ noſter ieſus xps vt pmo-
genit⁹ ꝛ vnigenit⁹ vginis marie voluit in tē-
plo pſentari. deo patri ꝛ in manib⁹ ſacerdoſ
offerri. Et qnqꝫ ſiclis quaſi qnqꝫ regalib⁹ ar-
genti redimi iuxͣ legeꝫ q̄ habet Nūeri. xviij.
vbi dic̄. Quicqd pmuꝫ erūpet a vulua cūcte
carnis quā offerunt dn̄o: ſiue ex hoīb⁹ ſiue de
pecorib⁹ fuerit: tui iuris erit. Jta dūtaxat vt
p homis pmogenito pciuꝫ accipias ꝛ facias
redimi qnqꝫ ſiclis q viginti obolos habet. Et
ſic niſi redimeret erat ſacerdoſ ꝛ ſeruiebat i
tēplo. Dicat practica pñtatōis. Virgo. n. ma
ria obtulit filiū ſuū xpm in manib⁹ ſacerdotꝭ: ꝛ
ille obtulit eū dn̄o. O q̄ fatu⁹ ſacerdos: ſi co-
gnouiſſet eū: ipſū adoraſſet. Deinde voluit eū
retinē ſacerdos: vidēs vginē matrē paupem.
Et ait vgo. Non retineat eū. Ecce qnqꝫ ſiclos
habeo. Hos paulatiꝫ cōgregauit: ꝛ recepit a
labore ſuo pprio: forte min⁹ comedēs vt filiū
ſuū redimeret. Et aperuit burſā nō de auro vl
ſerico: ꝛ ſoluit qnqꝫ ſiclos ſm legis cōſuetu-
dinē. Queſtio eſt hic. Quare xps voluit redi
mi qnqꝫ ſiclis cū eſſet mundi redēptor ꝛ hac
de cauſa fuerit miſſ⁹ a dō patre. Rō duas ad
hoc rñſiones: vnā allegoricā: aliaꝫ moralem.
Allegorica eſt iſta. Voluit. n. qnqꝫ ſiclis redi
mi queadmodū ipe redēptur⁹ erat mūdū qn
qꝫ pncipalib⁹ plagis in qbus ꝯſiſtit tota no-
ſtra redēptio. ſ. circūciſione: fuga in egyptuꝫ:
flagellatione: coronatiōe: ꝛ crucifixiōe. Jdeo
Dauid. Apud dominū miſericordia ꝛ copioſa
apud eū redēptio. Secūda ratio eſt moralis
dans nob exēplū vt qñ hō eſt vēdit⁹ a dyabo
lo ex pctō: qꝛ peccare mortalit̄ eſt ſeipm vēdē
dyabolo. Verbigra: q facit pōpaꝫ ꝛ vanitatē
pcio ſupbie ſtati vēdit ſe dyabolo. Auar⁹ reci
piēs vſurā ꝛ pciū q̄ vendit dyabolo ꝛ etiā p
furtū. rapinaꝫ: ꝛ ſic de alijs ſpeciēb⁹ auaricie:
luxurioſus illa delectatiōe dat ſuā alaꝫ dyabo
lo. Jdē de alijs pctis. Jdō oꝫ redimi qnqꝫ ſi-
clis ſi volum⁹ ſaluari. ſ. opib⁹ pnie. Primū eſt
ꝯtritio cū pp̄oſito nō redeūdi ad pctā. Secū
dum oris ꝯfeſſio. Tertium corporis afflictio.
Quartū debitor reſtitutio. Quintā iniuriar
remiſſio. Et verificat illud ſacre ſcripture. ver
buꝫ. Eſt q multa redimat modico pcio: reſti-
tuēs ea i ſeptuplū. Eccli. xx. ¶ Quātū ad ter
tiū hoc feſtū inq̄tum tangit ſctm̄ ſymeonē dr
dies obuiatiōis ſymeōis. Dicat practica. Nā
tunc tpis qñ vgo peprit filiū ſuuꝫ omēs iudei
apti ꝛ in lege eruditi p certo habebāt q̄ meſ
ſias erat nat⁹: qꝛ videbāt tps in pphetijs aſſi
gnatū cōpletū: ſꝫ nō cognoſcebāt eū. Et ppt
h° dixit Joānes baptiſta. Medi⁹ veſtrū ſtetit
queꝫ vos neſcitis Joh. i. Jō multi orabant vt
oſtēderet ſe eis ſingularit̄ ſanct⁹ ſymeō ꝛ iuſt⁹
Et reſpōſuꝫ accepit ſymeō a ſpūſctō: nō viſuꝝ
ſe mortē niſi videret xpm dn̄ꝫ. Et ſciēs illā p-
phetiā. Statiꝫ vēiet ad tēplū ſctm̄ ſuū dn̄ator
quē vos queritis ꝛ angel⁹ teſtamēti quē vos
vultꝭ. Malach. iij. Propt̄ hoc q̄libet die veni
ebat ad templū. ꝛ qñ videbat aliquā mulierē
portantē plēꝫ: ipe petebat eē ne fili⁹ vl filia: ꝛ
ſpūſſctus nihil ſibi dicebat vſqꝫ in hodiernū
dieꝫ in q̄ ſibi dixit. Hodie obuiabis in templo
meſſie regi: ipmqꝫ videbis. Jō poſt ſomnum
bono mane ſurrexit ꝛ iuit ad templū mūdās
ipm ꝛ ornās: qꝛ qñ rex dꝫ intrare domū dꝫ do
m⁹ ornari. Jō cātat eccl'ia. Adorna thalamuꝫ
tuū ſyon ꝛ ſuſcipe regeꝫ xpm: ꝛ cū magna de-
uotiōe expectabat vidē eū: ſec⁹ de ſacerdote q
expectabat euꝫ vt accipet poti⁹ oblationes ꝛ
haberet turturē ꝛ colūbā. Omēs. n. q̄ ſua ſūt
q̄rūt nō que ieſu xpi. ad Phil. ij. Naꝫ tres cō-
ditiōes pſonar ſūt q̄ nō attēdiant de qbuſdaꝫ
negocijs. Prio de ludo pueri. Secundo mli-
eres d̄ chorizatōe. Tertio ſacerdotes de offer
torio. Sed de illis q̄ ſūt ieſu xpi ſtati attēdiāt.
Cū aūt vgo cū ioſeph itrauit tēpluꝫ ſpūſſāct⁹
dixit ſymeoni. Symeon iſta eſt mat̄ ei⁹ ꝛ fili⁹
ei⁹ eſt rex ꝛ meſſias i lege pmiſſ⁹. Stati ſenex
flens pre gaudio adorauit eū: ꝛ ipꝫ recipiens
in vlnas ſuas incepit cātare vnā cātilenā pul
chrā q̄ttuor vſuū. Nunc dimittiſ ſuuꝫ tuū dn̄e
ſm vbū tuū in pace ꝛc̄. Ecce diē obuiationis
ſymeonis. Jō hodie cantat eccl'ia. Cū induce
rēt puerū ieſuꝫ parētes accepit eū ſymeon in
vlnas ſuas ꝛ dixit. Nūc dimittis ſuū tuū dn̄e
ſm vbū tuū i pace. Querit q̄re ſctūs ſymeō ac
cepit eū in vlnis ſuis: qꝛ h° nō fuerat ſibi a ſpū
ſctō pmiſſum: ſꝫ pmiſſū fuit ſibi q̄ nō moreret
niſi prius videret xpm dn̄m. Vñ ergo tanta p-
ſumptio q̄ ipm accepit. Rūdeo q̄ ad ſaluati
onē noſtrā nō ſufficit videre xpm p fideꝫ ſed
ipm recipe oꝫ in manib⁹ p bona opera. Jdeo
Marc. vlti. Qui crediderit ꝛ baptizat⁹ fue-
rit ſalu⁹ erit. Diceret aliqs. Ego habeo iſtos
oculos aīe. ſ. dextrū credendo xpi diuinitateꝫ

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

⁊ ſiniſtrū chriſti humanitatē. Sic videt xpus a nob in via quid gᵒ oꝫ me aliud facet. Dico ſicut ſymeon: ꝙ accipiat xpe in manibꝰ ꝑ bōa opera. Quid ꝓderit fratres mei ſi fidē qs dicat ſe habere: opera aūt nō hēat. Nunqd poterit fides ſaluare eū. Fides ſine opibꝰ mortua eſt. Jac. ij. Jn ſignū huius portamus cādelas acceſas in manu que ſignificant tria que ſūt in chriſto. Cera mollis ſignat carnē chriſti quā habuit paſſibilē: que liquefacta fuit i paſſione Ligmē albū ſignat aiaꝫ chriſti puriſſimā. Lumē vero ſignat chriſti diuinitatem immenſaꝫ Non enim ſufficit videre lumē in altari: nec chriſtū per fidē: ſꝫ manibꝰ per bona opa ipm recipere. Jō apoſtolus. Glorificate ⁊ portate deū in corde. pma ad Cor. vi. Tunc. n. portat xps a nob quando eiꝰ amore vitamꝰ peccata.

## De ſancto Blaſio Sermo.

Granū frumēti cadēs in terram mortuū. Verbū iſtud habet Joh. xij. Sicut tota ſolemnitas hodierna eſt beati blaſij epi ⁊ martyris glorioſiſſimi. Jta erit ⁊ ſermo: maxie qꝛ i eiꝰ bona vita ſunt miſte vtutes ⁊ exēpla: de qbus poterimꝰ recipere bonam inſtructionē ꝓ bono vite noſtre regimine. Sꝫ pus ſalutet vgo maria ⁊c. Jſtud thema eſt reſpōſio ad qſtionē querentē ꝑ aliquē ignorantez. Quis fuit iſte ſanctꝰ blaſius ⁊ cuiꝰ cōditionis. Reſpōdet ⁊ thema. Granū frumēti cadēs in terraꝫ ⁊c. Verba ſūt figuratiua ſecrete indicātia vtutes ⁊ excellētias iuxta qnqꝫ vba the.

Prima virtus eſt humilitas virtuoſa: quia granum ⁊ non palea.

Secunda eſt ſublimitas gratioſa: quia frumenti ⁊ nō ordei.

Tertia eſt aduerſitas rigoroſa: quia cadēs ſ. dignitate.

Quarta eſt acerbitas doloroſa: quia in terram. ſ. ꝑ tormenta.

Quinta eſt felicitas precioſa vel glorioſa: quia mortuum.

Quātū ad pmū dico ꝙ vna virtꝰ magna ⁊ excellētia vna bti blaſij fuit humilitas vtuoſa. Licet. n. eſſet plenꝰ vtutibꝰ tñ eas ꝯſuabat in burſa humilitatꝭ. alias. n. ꝑderent. Qui vtuteꝫ ſine humilitate ꝯgregat qſi puluerē inventū portat. Nota hic duplicē hūilitateꝫ. Pria eſt vtuoſa. Secūda ē vitioſa. Virtuoſa eſt qñ hō ex vna parte cogitat dei imēſitatē ⁊ potētiā infinitaꝫ. Ex alia ꝓpriam ſui ꝑuitateꝫ ⁊ defectꝰ: ⁊ ſic cor hūiliat. Et tal hūilitas q̄ eſt reſpectu dei eſt vtuoſa ⁊ multū placꝫ deo: qꝛ iſto mō creatura nihil ſe reputat nec pſumit de ſe. Jſtaꝫ laudat btūs Jacobꝰ dicēs. Hūiliamini in cōſpectu dei: nō dic hoim ⁊ exaltabit vos. Jaco. iiij. Secunda hūilitas ē vicioſa: quādo qs i conſpectu hoim humiliat ⁊ tñ intꝰ hꝫ cor iflatū vt vent mulieris guide: ⁊ corā homibꝰ faciūt vt hypocrite. De illis dic ſcriptura ſcā Eſt q negter ſe humiliat: ⁊ interiora eiꝰ plena ſunt dolo. Eccli. xix. Humilitas aūt bti blaſij fuit virtuoſa: qa humiliabat in cōſpectu dñi: aſcendebant. n. ſua opa vt vitarent vanā gloriam. Pernoctabat. n. orando ⁊ cōtemplando ⁊ ſecrete tenebat lectū pnie ⁊ portabat cilicium ⁊ extra ibat honeſte indutus. Jeiunabat ⁊ qñtū poterat ex humilitate abſcōdebat ſuam ſctitatem: ſꝫ deꝰ exaltauit eum. Auctas. Hūiliamini ſub potēti manu dei: vt vos exaltet in tempore viſitationis. i. Pe. v. Jtē humiliamini in ꝯſpectu dei exaltabit vos. Jac. iiij. ⁊c. qꝛ ds vult eām manifeſtare ad gloriaꝫ dei: ⁊ bonum exēplum hominū. No. ſuper illo verbo. Non pt ciuitas abſcōdi ſupra montem poſita. dicit glo. Auguſtini. i. perſona ſuper ingentem vitā: ſecus de hypocritis q appetunt videri ⁊ laudari. Et ficte faciūt multa opera: ⁊ tales vt fumus tranſeunt totaliter: ⁊ nō habent fundamētū in deo: qꝛ dicit ſcriptura. Gaudiū hypocrite ad inſtar puncti. Job. xx. Humilitas virtuoſa bti blaſij notatur cuꝫ dicit granū. Nam palea ſignat ſupboe. Ratio: quia plures ſunt eoꝝ q̄ꝫ humilium. Secūdo etiam qa palea eſt vana ⁊ leuis ⁊ ſemper eminet granum vero paruū ⁊ ſemper ſubijcitur: ſic humilis ⁊c. Juxta hoc dicit ſcriptura quod futurū eſt. ſ. perſona ſctā: ſeminas ſcilꝫ in hoc mundo: ſꝫ nudū granū. ſ. a vanitatibꝰ. Ecce humilitas. i. Cor. xv. Deus aūt dat illi ⁊c. Quāto magis btūs blaſius abſcondebat ſuā ſctitatem: tanto magis publicabat in miraculis que faciebat. Dicat quō erat de ciuitate capadocie ⁊c. Et dicat miraculum de puero curato filio vidue in cuiꝰ gutture ſpina piſcis tranſuerſa ipm ſuffocauit vel ſuffocabat ⁊c. Xps vero cōceſſit ſanitatem pro illo ⁊ pro omnibꝰ qui de malo gutture ipm inuocarēt. ex hoc hodie bñdicitur in honorem bti blaſij panis: vinum: ⁊ huiuſmodi: ⁊ verificat illō in btō blaſio. Lu. xviij. Omnis qui ſe humiliat exaltabitur. No. qui ſe humiliat. ſ. de humilitate vera exaltabitur. Dico ſecūdo ꝙ ſcōa virtus eſt ſublimitas gratioſa. ſ. in dignitate: qꝛ fuit epiſcopus ciuitatis ſebaſte. iō dicit frumenti: qꝛ. ſ. inter alia grana eſt melius. Jdeo



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

plati q i pp̄o ſūt maiores ꝛ nobiliores ſignifi
cant per frumētū.zach.ix. Quid bonū eiꝰ.ſ.
ppl'i xp̄iani:ꝛ qd pulchrū eiꝰ niſi frumentum
electoꝝ.i.platoꝝ.Et qꝛ btūs blaſiꝰ fuit ep̄s id
dr frumēti.Dicat qūo fuit electꝰ nō ſolū a ca
nonicis.ſꝫ etiā ab oibꝰ laycis ſebaſte orātibꝰ
ꝛc.Et ſubito iſpirauit deꝰ in cordibꝰ.ſ.talium
oium vt peterēt blaſiū in ep̄m alta voce. Jpſo
aūt ꝯdicēte oino fuit electꝰ:ꝛ flens aſſumpſit
Nō quare ipſe flebat:qꝛ in iudicio ep̄i habēt
reddē rōnē:nō ſolū de ſuis ꝓprijs aiabꝰ:ſꝫ de
oibꝰ ſibi ꝯmiſſis.Jō dīc ſcriptura.Judiciū du
riſſimū in his qui pſunt fiet.Exiguo enīꝫ ꝯce
dit mīa:potētes eni potēter tormēta patient
Sap.vi.No.iudiciū duriſſimū. Tria eni iudi
cia ſūt platis.Primū eſt quō itrauit dignita
tē.Si per portā qñ.ſ.ſine ſcitu eligit: vel pa
pa ꝓuidet ſine ſui vel ſuoꝝ reqſitione:Si ve
ro aliī itrat:fur eſt ꝛ latro.nec pōt ſaluari niſi
renūciet.Un̄ ſcriptura de hº dīc. Amē amē
dico vobꝫ:q nō itrat p oſtiū in ouile ouiū:ſed
aſcēdit aliunde per lr̄as vel p pces armatas
vel per dona ꝛc.ille fur eſt ꝛ latro. Joānis.x.
Q uoꝝ iudiciū fiet ei. Scd̄m erit duriꝰ iudi
ciū qd̄ ei fiet.ſ.qūo vixit poſtq̄ itrauit:ꝛ qūo
redditū expēdit:qꝛ tres partes dꝫ facē de eis
vnā p̄ ſe:ſcd̄aꝫ ꝓ ſua familia.tertiā ꝓ paupi
bus.Tertiū erit.ſ.iudiciū duriſſimū qd̄ fiat ei
qñ reddet cōputū de aiabꝰ dānatiſ ex ſua ne
gligēa.Nā cuilibꝫ tali dr̄. Ezech.xxxiij. Spe
culatorē te dedi domui iſrl'.Audiēs gº ex ore
meo ſermonē annunciabis eis ex me. Si me
dicente ad impiū:ipie morte morieris:nō fue
ris locutꝰ vt ſe cuſtodiat ipſius a via ſua:ipſe i
pius in inigtate ſua moriet: ſanguinē aūt eiꝰ
de manu tua reqrā. Si aūt annūciante te ad
ipiū vt a vijs ſuis ꝯuertat:ꝛ nō fuerit ꝯuerſus
ipſe moriet.Tu aūt aiam tuā liberaſti.Jd vi
deſ quō ꝛ q̄r curat de aiabꝰ:qꝛ paꝝ.Ecce q̄
re dicit. Judiciū duriſſimū ꝛc. Jſta ꝯſideran
tes antiq ſcti cū maxīo timore accipiebāt onꝰ
epatus:ꝛ ꝯtradicebāt quouſq̄ ſciebāt dei vo
lūtatē:ꝛ tūc ꝯfidēdo de auxilio diuino accipi
ebāt. Dicat quō btūs blaſius factus ep̄s nō
mutauit ſtatū ſuū vt faciūt multi mali:ſtatim
eni faciūt vanitates in familia nimis magna:
in equis ꝛ pōpis:dicēdo. Honores mutant
mores.ſ.in malis:ꝛ in bonis:nō eſt verum.Et
qꝛ btūs blaſius nō dimiſit ſuum ſtatū:gº nec
deus abſtulit ſibi grām miraculoꝝ: imo aug
mētauit eā:qꝛ nō ſolū curabat hoīes ſꝫ etiam
aialia ferociſſima:q̄ ēt ſibi obediebāt. Dicat
miraculū de muliere paupcula habēte vnicū
porcellū:q a lupo fuit captꝰ:q̄ cū maxima ſe
ſtinatione accurrit ad btūm blaſiū vt pcipe
ret lupo vt reſtitueret ſibi porcū quē emerat
ꝛc.Qd̄ ꝛ fecit.Statim eni viuū ꝯſtituit ſibi lu
pus.Nō cogitate hic duo diligent. Primo
ꝟtutē bti blaſij.Scd̄o duriciā noſtrā. Uirtus
eni erat bti blaſij: qa mouit cor lupi ferociſſi
mi ad reſtituēdū carnes q̄s tantū ipſe diligit
obediēdo btō blaſio qꝛ erat amicꝰ dei ꝛ deo
obediēs.Sic ēt fuit i p̄io ſtatu:q̄ q̄diu ad̄
fuit deo obediēs aīalia obedierunt ei. Scd̄o
cōſiderare duriciā nr̄aꝫ.Lupꝰ eni rapax ad p
ceptū bti blaſij reſtituit furtū ꝛ tu fur latro nō
ex pcepto blaſij:ſꝫ dei nō vis reſtituē furtum
ſeu vſurā:peiores ſumꝰ q̄ beſtie. O quot vſu
rarij ſūt q mutuāt decē florenos ꝛ ponit in in
ſtrumēto q̄ ſunt.xij.vel emūt minori pcio pa
rato vel vēdūt in plus ꝓpē pciū ſperatū vł ſu
per poſſeſſiōes accomodāt pecuniā: interim
recipiūt fructꝰ vel recipiūt a cōitate ꝛc.vł re
tinēt ſibi ſolidatā ſuoꝝ vel bona eccl'ie:vt de
cimas vel primicias vel bona defunctoꝝ: nō
pūt ſaluari niſi reſtituāt.Nō eni dimittit pec
catū niſi reſtituat ablatū.Regula ē iuriſtaꝝ.
xiiij.q.vi.Si res.ꝛ ēt theologoꝝ:ꝛ ē auguſti
ni originalr̄.Hic poteris dicē ꝯtra ipos vſu
rarios.¶Dico tertio q̄ tertia ꝟtus eſt aduer
ſitas rigoroſa cū dr̄ cadens ꝛc.ſ.de dignitate
ep̄ali.Cū.n.fuiſſꝫ diu i ſuo ep̄atu venit aduer
ſitas ꝯ xp̄ianos:vel q̄ abnegarēt fidē xp̄i:vel
q̄ morerent:ꝓpē qd̄ beatꝰ blaſiꝰ fuit depoſitꝰ
ꝛ exul a ſuo ep̄atu a pfecto:ꝛ iuit in deſertuꝫ
vbi in quodā mōte ꝛ in q̄dā ſpelunca vixit in
maxia pnia.Ecce qūo pōt dici cadēs. Et po
terat dicē cū Dd̄. Jmpulſus euerſus ſū vt cā
derē:ꝛ dn̄s ſuſcepit me.ſ.de deſto.Et qꝛ in tā
ta aduerſitate noluit deuꝫ deſerē nec deꝰ ip̄m
deſeruit. Nā cū eēt in deſertū nec hr̄et ad co
medendū ꝯfidens in deo dixit. Oculi oium
i te ſperāt dn̄e ꝛc.dicēs ſuas horas deuote ac
ſi fuiſſꝫ in ciuitate.Et hora prandij exibat ſpe
lūcam Et dīc hyſtoria q̄ volucres veniebant
ad eū portātes ei cibū de illo qd̄ ipſe aues co
medebāt. Portabāt enim ſibi hora prandij
ſ.hora nona veniebant quinquaginta vel cen
tum columbi cum granis tritici.Jtē ſtornel
lus cū oliuo i roſtro.Jtem corui portabant fi
cus nouas. Jtem falcones veniebāt cum per
dicibus. Et beatus blaſius dicebat verſum ꝛ
oēs aues erāt in circuitu.No.q̄ nullꝰ ep̄s nec
rex hꝫ tot ſuitores ꝛ comedebat illud qd̄ ſibi
placebat.nō carnes. Et poſt diuidebat eis ci
bū:pcipiens eis q̄ nō litigarēt. Dicat qūo ē

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ꝯfidendū de deo. Qui enī bñ ſuiunt deo nō oꝫ eos timē ꝙ eis deficiat. Nō dicat ergo religioſus. O miſer vñ habebo aliā cappam qñ iſta erit rupta ꝛc. Seruiat deo diligenť qꝛ nihil vob deficiet. Nāqꝫ dicit ipſe deꝰ ieſus xp̄s. Primū qrite regnū dei ꝛ iuſticiā eiꝰ: ꝛ hec oia adijcient vob. Mat. vi. Idem de clericis ꝛ laycis. Sꝫ mō talis eſt vita multoꝝ ꝙ miruꝫ eſt quō iueniūt aquā in fontibꝰ: qꝛ nō ſunt digni. Sꝫ de illis q ſuiunt deo dicit xp̄s. Nolite ſollicīti eē dicētes qd māducabimꝰ aut qd bibemꝰ aut q̄ opiemur: ſcit eni pr̄ vr̄ qꝛ his oibus īdigeť. Mat. vi. Itē nō ſolū aues: ſed ēt aialia. vt leones: vrſi: lupi: ſi aliqñ īfirmabanť ꝙ hēbāt aliqd in gutture ꝛc. vel ſpinā: veniebant ad eū oñdētes ei vulnera: q curabat ea in noīe ieſu cū ſigno crucis fcō ſup plagaꝫ di. De cetero caueatis nulli noceatis: qꝛ ex malicia veſtra ꝛ ex culpa euenit vob hoc maluꝫ vel ſilia verba. Nota hic qꝛ aialia irrationabilia ꝓ ſanitate obtinēda recurrebāt ad xp̄m ꝛ vos ad quē recurriť: ad dyabolū. qꝛ ad diuinos vel ſortilegos. Si dicať. hoc facimꝰ qꝛ nō habemus medicos: apothecarios: nec medicinas ꝛc̄. Dicatur de vtute huius noīs ieſus iuxta illud. Hoies ꝛ iumēta ſaluabis domine quemadmoduꝫ multiplicaſti magnificentiam tuā deꝰ. pſ. xxxv. ꝛc. Iō dauid. Beatus vir cuius eſt nomen dn̄i ſpes eiꝰ: ꝛ nō reſpexit in vanitates ꝛ inſanias falſas. pſ. xxxix.

¶ Quarta virtꝰ ē acerbitas doloroſas. ſ. multoꝝ tormentoꝝ: qđ innuit cū dr̄ in terra qꝛ de deſerto ductꝰ fuit ad terrā ſuā vt ibi ꝑ martyriū coronā glīe acqreret. Yſaie. xxij. Coronās coronabit te in tribulatione: quaſi pilaꝫ mittet te in terrā latam ꝛ ſpacioſam. i. de tormento in tormentū. Cū eni fuiſſet in deſerto vt dixi in ſpelunca: xp̄s ſibi appuit dicens ꝙ ſibi offerret ſacrificium. q intellexit ꝙ diceret miſſam ꝛ ſurrexit: ꝛ interim venerunt ad euꝫ aliq hoies miſſi a cōmiſſario imperatoris vt ipm adducerēt captū. Et tūc beatꝰ Blaſius intellexit ꝙ xp̄s dicebat de ſacrificio ſui corporis i martyrio: ꝛ flexis genibꝰ gratias egit xp̄o: ꝙ recordabať de ſuo ſuo. Cū aūt ducere tur captus ꝯuertit multos vidētes miracula que faciebat. Cum aūt adductꝰ eſſet corā ꝓſide dixit ei pſes. Gaude blaſi amice deorum ſalutans eum dulciter. Et ait blaſiꝰ. Non dicas deos: ſꝫ demones. Tūc iratꝰ pſes dedit ſibi gnqꝫ tormenta. Primū: qꝛ fecē eū fuſtibus cedi: ꝛ in quolibet ictu btūs blaſius dicebat: ieſus xp̄us: ꝛ vtute huiꝰ noīs viuebat. qꝛ aliꝰ mirū erat quō poterat viuere. Scōm fuit captio carceris fcētis ſine cibo ꝛ potu. ſed licꝫ corpus detinereť in carcere. aīa tñ ipſius diſcurrebat ꝑ palacia padiſi. deuote ꝯtēplando ordines angeloꝝ. Fuit etiā cōfortatus a muliere cui lupus porcū reſtituerat. Que audiens beati blaſij captioneꝫ portauit caput porci coctum ꝛ panem ꝛ vinum cum lucerna accenſa ad beatū blaſiū. Que habita licētia a carcerario intrauit carcerē. Ad quā dixit beatꝰ blaſiꝰ. Filia volo tibi ſoluē charitatē quā erga me feciſti. Noueris ꝙ ego in breui debeo martyriꝫari: ꝛ ipetrabo tibi ſolutionē. Et qa filia tu es paup: dabo tibi modū ditādi. Quolibet eni ano cū candela accēſa venies ad eccleſiā meā. Et ita fecit: ꝛ ditata eſt infra breue tp̄s. De nullo alio ſctō legiť ꝓmiſiſſe alicui diuitias tpales. Tertiū tormētū fuit eculeus in quo nudꝰ ꝛ ferreis pectinibꝰ dilaniatꝰ fuit itātū ꝙ fluuiꝰ ſanguis decurrebat de corpe eiꝰ. Ipſo autē dicēte. Nō ſūt ꝯdigne paſſiōes huius tpis ad futurā glīam. Ro. viij. Nō curauit hoc tormētuꝫ. Et iteꝝ reduciť ad carcerē vt interim parareť fortiora tormēta. Septē aūt mulieres q̄ ſanguinē martyriſ colligebāt ex deuotiōe: capite trūcanť. Quartū tormentuꝫ fuit qꝛ pſes iuſſit ipm mitti in lacum: q ſignatꝰ ab eo ſtetit ſicut arida: ꝛ ipſe in medio Cultores vo ydoloꝝ volētes ad eū venire dimerſi ſunt. Aqua eni ſuſtinet leuia: ſed nō grauia onera pctōꝝ maxie. ¶ Dico qnto ꝙ quīta vtus eſt felicitas glorioſa: cū dr̄ mortuum nullū enim tormentū facit martyrē glorioſuꝫ niſi mors. Iō ait Dd. Precioſa in cōſpectu dn̄i mors ſanctoꝝ eiꝰ. Sic ordinatū eſt a xp̄o ꝙ nullꝰ hꝫ felicitatē glorie niſi per mortē: qa nec ipſe xp̄us nec eiꝰ mr̄ vgo maria aliter habuerūt. Nōne ſic oportuit pati xp̄m: ꝛ ita intrare in gloriā ſuā. Luc. xxiiij. Iō dr̄ mortuū in themate. Nota eiꝰ martyriū. Cū enim fuiſſet in ſtagno angelus dn̄i dixit ei. O glorioſe egredē ꝛ ſuſcipe coronā. Ipſo aūt egreſſo apparuit lux magna añ faciē eiꝰ. Et dixit pſidi: vt cognoſcas qꝛ reputo mihi ad gloriam mori ꝓ xp̄o: ecce me huc pſento. Et qꝛ multi cōuertebanť ex eiꝰ miraculis: iō dedit pſes ꝯtra eum ſniam decapitatiōis. Cū aūt beatꝰ blaſiꝰ oraret dixit ei dn̄s. Oēm petitionē tuā adimplebo: ꝓmittēs iuuare oēs aduocātes eum. Et hoc dicto capite ceſus eſt. Nota hic ſcti ꝛ amici dei cū quāta pn̄ia habuerūt padiſum: ꝛ nos credimꝰ illum habere ſine pn̄ia: ſꝫ mentita eſt inigtas ſibi ꝛc. Ideo oportet nos



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

facē pniaȝ.ſ.i corde p ɔtritiōeȝ:i ore p ɔfeſſionē:ꝛ i corpe p afflictioneȝ. Jō ait xps. Pniaȝ agite:qm̄ appropiq̄bit rgnū celoꝝ. Mat.iiij.

¶ De ſctā Agatha virgine ꝛ martyre. Ser.

Similis eſt homini patrifamilias. Hr v̄bū iſtud. Mathei.xiij. Sic̄ tota ſolēnitas ꝛ officiū hodiernuȝ eſt beate Agathe v̄ginis precioſiſſime ꝛ martyris: ita erit ꝛ ſmo. Sȝ p̄mo ſalutet v̄go maria. Jſtō v̄bū ſm ꝙ ego volo ptractare de p̄ñti hȝ talē itellectū: ꝙ btā Agatha ē ſilis hoi p̄rifamilias. Querit gº qs eſt iſte pr̄familias. Dico ꝙ null⁹ ali⁹ niſi xps. Vñ ipe ait. Prēȝ.ſ.vniuerſalē; nolite vocare vob ſup terrā. Vn⁹ eſt em̄ pr̄ veſter.ſ.v̄lis q in celꝭ ē. Math.xxiij. Dicit gº thēa nr̄m ꝙ btā agatha ē ſilis hoi p̄rifamilias.i.gēti xpiane: q2 gtūs ſingularis ē ſm declinationē grecā. Sciēdū aūt ꝙ in ſacra ſcriptura iueniūt clare tres ſilitudines int deuȝ ꝛ hoieȝ. Et ſic videbim⁹ de qua loquit thema.

Prima ē p eēntialē vl ſubſtātialē creationē.
Secūda per humanalem incarnationem.
Tertia per virtualem imitationem.

Per p̄mā hō fact⁹ ē ad ymaginē ꝛ ſilitudinē dei. Qñ em̄ de⁹ creat aiaȝ impmit in ea ſuaȝ ymagieȝ. Sic̄ tu qñ impmis ſigillū cere imprimis ſil ꝛ ymaginē ſigilli: velut ēt mulieres ſigillādo panē in furno. Ita qñ de⁹ creat aiam: in ea impmit ſuā ymagineȝ. Cogita ꝙ de⁹ ſit vt ſigillū vni⁹ eēntie vl ſubſtātie ꝛ triū pſonarū. Ita aia ē vni⁹ eēntie ꝛ triū potētiaꝝ. Pria ē memoria q̄ eſt de p̄teritꝭ. Scḋa ē itelligētia q̄ de p̄ñtib⁹. Et tertia eſt voluntas de futuris. Nulla alia creatura hui⁹ mūdi hȝ iſtā ſilitudinē cū deo niſi hō. nō ſol: lȝ ſit tā pulchra creatura. nec luna ꝛc̄. Et ſic̄ de⁹ ē vn⁹ i toto mūdo ꝛ ipȝ regit ꝛ gubernat. Ita aia ē vna in toto corpe: ꝛ tota in toto corpe. ꝛ tota in q̄libȝ pte vt vult phs in ſecūdo de aīa. Et ex iſta ſilitudine dixit deus qñ voluit creare hominē. Faciam⁹ hominē ad ymaginē ꝛ ſilitudinē nr̄aȝ. Geñ.i. Verbū eſt dei p̄ris ad filiū ꝛ ſpūmſanctū q poſſūt creare hoiem: ꝛ nō ad angelos. vt falſe dicunt iudei. Iſta eſt prima ſilitudo int deuȝ ꝛ hoiem. ſȝ iſta ſilitudo ſola nō ſufficit ad ſaluationem: q2 oēs hoies habēt iſtā ſimilitudinē cū deo: ꝛ tñ nō oēs ſaluant. Jō dānabile eſt tantā ſilitudinē diuine ymaginis indigne fuare. Magnū em̄ pctm̄ eſſz pijcere ymaginē crucifixi in luto vel in igne. Mai⁹ peccatum eſt illoꝝ q pijciunt aiam quā fecit nō faber lignari⁹ vel argentari⁹: ſed de⁹ ad ymaginē ſuā. Et tu auare pijcis eā in luto auaricie. Et tu luxurioſe in ignem luxurie. Ideo conſeruāda ē honeſtiſſime vt relīqe ligni crucis vel virgis marie: q2 p̄cioſior eſt aia q̄ q̄cunq̄ reliquie. Secunda ſilitudo inter deum ꝛ hominē eſt p humanalē incarnationē: qñ deus factus eſt ad ymaginē ꝛ ſilitudinē hois aſſumens pfectam hūanitateȝ in vnitate pſone. Sicut em̄ in creatione hō fact⁹ fuit ad ymaginem dei: ita deus factus eſt ad ymaginē ꝛ ſilitudinē hoiuȝ. Hoc dicit ſcriptura. Qui cū in forma dei eſſet: non rapinā arbitratus eſt eſſe equalem deo: ſȝ ſemetipm exinaniuit formaȝ ſerui accipiēs in ſilitudinē hominum fact⁹ ē: ꝛ habitu inuentus vt hō. ad Phil.ij. Nec illa etiā ſilitudo ſufficit ad ſaluationē: imo ɔſeq̄nter aggrauat dānatio hois idigne tractantis naturā quaȝ de⁹ aſſumpſit. De⁹ em̄ exaltauit hūanitatē in glia ſup angelos: ꝛ tu vituperas eā viuendo vt porcus luxurioſe. Tertia ſimilitudo eſt p v̄tualē imitationē. Per hº em̄ reficit hō ad ymaginē ꝛ ſilitudinē dei ſicut ad exēplar oium v̄tutū. Verbigrā. Sic̄ fuit miſericors ꝛ liberalis ɔtra auaritiā: noli eē auarus p vſuram. furtū vel fraudem ꝛc. Sic̄ xps fuit caſt⁹ ꝛ pur⁹ ꝛc. abſtinens: charitatiuus: ꝛ plenus amore: ita ꝛ tu. Iſta ſimilitudo ſufficit ad ſaluationem: p̄ſuppoſitis p̄mis. Et iſta eſt melior ꝛ dat complementuȝ aliis: q2 ſine iſta alie ſilitudies nō ſaluarēt. Jō dicit ſcriptura Eſtote imitatores.i. ſiles deo ſicut filij chariſſimi: ꝛ ābulate in dilectione ſic̄ ꝛ xps dilexit vos. ad Ephe.v. Iuxta iſtā ſilitudinē tertiam dicit thema de beata Agatha. Similis ē hoi non ſolū per p̄mā ꝛ ſecundā vt alij: ſȝ p v̄tualem imitationē. Modo videamus ſimilitudines virtuales maiores Agathe ad xpm: ꝛ de quibus poſſumus recipere bonā inſtructiōeȝ pro regimine vite noſtre. Et notaui ſex in ei⁹ vita. fuit eniȝ ſimilis chriſto.

- Primo in virtuoſa conuerſatione.
- Secundo in fructuoſa predicatione.
- Tertio in luminoſa diſputatione.
- Quarto in ſua paſſione.
- Quinto in ſua defunctione.
- Sexto in ſua tumulatione.

¶ Quantuȝ ad primuȝ dico ꝙ beata agatha ſimilis fuit xpo in cōuerſatione v̄tuoſa: quia recte vt xps fuit ɔuerſat⁹ i hº mūdo: ita voluit etiā btā agatha ɔuerſari q2 ſic̄ pictor vl mulieres q̄ opant de ſerico iuxta exēplar depingunt ymaginē: ita btā agatha ad ymaginem ſcȝ vite xpi depingebat ſuaȝ vitaȝ v̄tutibus ꝛ

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

opibus bonis. Primo.n.reſpiciebat faciem
xpi principiū vite hūane:qꝛ cū eēt alti⁹in ſuo
palacio pādiſi cū pře ꝛ ſpūſctō cum ſuis baro
nibus.i.angelis voluit deſcēdē ꝛ claudi in p
ua cella vteri vginal̃.In q̄ btā agatha nota
uit infinitaꝫ xpi humilitateꝫ.Et voluit ei hoc
aſſĩlari:qꝛ cū eſſet nobilioꝛ genere:pulchrioꝛ
coꝛpe:ꝛ famoſioꝛ ī bonitate ciuitaꝭ cathanen
ſis.Et moꝛtuis parentibus remanſit heres il
lius magni palacij pr̃is ſui:q̄ exēplo xpi dimi
ſit palacium patris ꝛ oꝛnamenta ꝛ vaſa aurea
ꝛ argentea:ꝛ reſtrinxit ſe in quadam pua do
mo vt ſimplex perſona.Ecce quō fuit ſimilis
xpo in hūilitate.Itē ſic xps in ſua ꝯuerſatiōe
fuit puriſſim⁹ ꝛ caſtus.qꝛ nūq̄ guſtauit de il
la delectatione venerea.Ita btā agatha in h°
fuit ſibi ſiſis.Ecce quō ad xpi exēpluꝫ depin
gebat vitaꝫ ſuaꝫ:vitabat familiaritates hoim
qꝛ al̃s vginitas non pōt bñ ꝯſeruari.Dicatur
p coꝛrectiōe beginarum vt vitent familiarita
tes ꝛc̃.Sic etiā xps in h° mūdo voluit tenere
aſperā vitā:qꝛ vltra q̄dragesimaꝫ quam fecit
tota vita xpi fuit.xl.Dicit mgr̃ hyſtoꝛiarum
q̄ nūq̄ comedit carnes niſi foꝛte de agno paſ
chali volens ſeruare legem:nunq̄ cenabat.
Ita btā agatha in hoc voluit ſibi aſſimilari.
Ieiunabat:dimiſit carnes:qꝛ virginitas cum
abſtinentia ꝯſeruatur.Perſona.n.guloſa ſp
erit luxurioſa.Et ſi ad extra oñdatur caſta ſe
crete mihi faciet multas cōꝛuptōes:niſi ſit ab
ſtinens.Itē xps in hoc mūdo voluit eſſe pau
per:cū tñ eſſet dñs oim rerū:qꝛ dñi eſt terra ꝛ
plenitudo eius.tñ.xxxiij.annis poꝛtauit can
dē veſtē quā ſibi fecit mater ſua cum eēt puer
Ita btā agatha voluit indui pauperrime vt
begina:ꝛ dabat pr̃imoniuꝫ pauperib⁹ amoꝛe
dei:ꝛ viuebat ꝓprijs manibus:filauit:inſuit:
ꝛ texuit:qꝛ null⁹ poteſt continue oꝛare ꝛc̃.iſto
mō vgo maria prouidebat ſibi filio ꝛ ioſeph.
O benedictus eſt q̄ ſic diuidit tempus.modo
oꝛando:mō opando ꝛc̃.Itē xps fuit diligens
laboꝛādo:pdicando de villa in villā.Ita btā
agatha fuit diligens in opibus ſuis ſpūalibus
Surgebat in media nocte ad oꝛandū ꝛc̃.q̄li
bet hebdomada ꝯfitebat̃:etiam cum lachꝛy
mis:ꝛ qualibꝫ die dñica cōicabat cū maxima
deuotione.Ecce quō fuit ſiſis homini patriſa
milias.Moꝛal̃r ſi non poſſumus ita eſſe ſi
miles xpo vt fuit virgo btā agatha:ad minus
q̄libet die teneatis certaꝫ oꝛonē mane ꝛ ſero
cogitādo q̄ videbiꝭ xpm pñtē.Itē p⁹ laboꝛeꝫ
ſex dierum hebdomade in dñica qeſcatis ab
oī opere tpali.nō tāgatis ptē dñi:ſꝫ audiatis
miſſam cōpletā cuꝫ ſilentio.Aliud aūt tēpus
ſit tuū ad delectandū:ludēdū.nō ad taxillos
ꝛc̃.ſꝫ ad baliſtā.nō pro pecunia ꝛ hmōi.non
eundo ad lupanar:vel ad furādū fructus vel
aliud:qa ſi ſic feceritis:meli⁹ eēt fodere ꝛc̃.qꝛ
non eēt tā magnū pctm̃.Dicit.n.ds.memen
to vt diē ſabbati ſctifices.Sex dieb⁹ opaberiſ
ꝛ facies oīa opa tua:ſeptimo aūt die ſabbatū
dñi dei tui eſt.Non facies in eo oē op⁹.Exo.
xx.Sabbatū qetis eſt dñica in q̄ xps qeuit ab
ope nr̃e redēptiōis.Sctificat̃.n.audiēdo miſ
ſam:ſmones ꝛc̃.Itē in q̄libet anno cōicate in
paſcha.Si iſtā regulā velletis ſuare:iret̃ ad
paradiſum abſq̧ purgatoꝛio.Oia honeſte.ſ.
deuote ꝛ ſm oꝛdinē fiāt in vobis.i.Coꝛ.xiiij.
¶ Dico ſcdo q̄ btā agatha fuit ſimilis xpo
in fructuoſa predicatione.Modo videam⁹
quō xps in hoc mūdo predicauit.Deinde vi
debim⁹ quō btā agatha predicauit.Chꝛiſtus
predicauit ſolum in vna domo.ſ.iudeoꝝ.Nō
ſum miſſus niſi ad oues que perierūt domus
iſrael.Matth.xv.Et nunqd venit xpus pro
redemptione oiuꝫ ꝛc̃.quare ergo dicit.Non
ſuꝫ miſſus ꝛc̃.ſ.ad predicādum pſonaliter.Et
pdicabat ꝯ ſeptē pctā ſeu vicia i qb⁹ ille pple
ſtabat.Nō pdicabat phiaꝫ nec poetrias:nec
de aſtrologia:lꝫ ſciret oīa.ſꝫ ad coꝛrectionē vi
cioꝝ.In h ſibi ſiſis fuit btā agatha:q̄ predica
uit in vna domo ꝯ ſeptē pctā ſeu ſepteꝫ vicia.
Cū.n.btā agatha viueret ſimpl̃r vt dixi.venit
cōmiſſari⁹ ipatoꝛis.Quician⁹ noīe ꝯ xpianos
opat̄ ea que dei ſunt. Naȝ aſpectus rei dilecte
mouet affectũ. Iõ Dauid dicit. Signatũ eſt
ſup nos lumẽ vult⁹ tui dñe: dediſti leticiã i cor
de meo. ps̄. iiij. Iſtud lumen habuit beat⁹ am
broſi⁹ q in vita ſua habuit magnã deuotioneȝ
⁊ cũ leticia magna ſeruiuit deo. Signũ erat ꝙ
lumẽ deuotõis erat int⁹. Dicat̄ cũ adhuc eẽt
duoꝝ annorũ ⁊ dormiret: examẽ apũ intrauit
os eius ⁊ exibant ac ſi intrarẽt ⁊ exirẽt ð alue
ario. Q̇ð vides ei⁹ pr̄ dixit. Aliquid magni
erit in īfantulo iſto ſi vixerit. Apes autẽ faciũt
mel figurabãt dulcedinẽ deuotiõis eius. ⁊ q̄ꝛ
exibant de ore ei⁹: figurabãt ſuã p̄dicatiõeȝ fu
turã. Nã qñ fuit magn⁹ in ſcia ⁊ etate: p̄dica-
uit feruide. Cuius p̄dicatio erat circa duo p̄n
cipalit̄. Primo vt de⁹ cognoſceret̄. Secundo
vt pctã vitarent̄. Unde cum ſemel extirparet
quoddã pctm̃ in q̇ q̇daȝ erat valde culpabil̄:
⁊ ſicẽ debuit corrigi ip̄e fuit valde indignat⁹ ꝯ
btm̃ Amb. q̇ inuocauit demones dicẽs eis ꝙ
facerẽt de eo q̇cq̇d vellẽt ſolũ ꝙ ambroſiũ ſibi
interficerẽt vel q̄uit̄ v̾berarẽt. q ꝓmiſerunt ſe
facturos. Cũ aũt veniſſent ad domũ beati am
broſij i nullo potuerũt ſibi nocere: dicẽtes cir
ca ei⁹ domũ eſſe murũ igneũ: nec poterant ad
eũ accedere. ecce quõ de⁹ manifeſtauit ſuã de
uotionẽ. ¶ Dico ſecũdo ꝙ hũit lumẽ de itel-
lectuali cognitiõe. ſ. hẽ ſciam nõ ſoluȝ ex ſtu-
dio: ſȝ ex infuſiõe. Sciẽtia.n.natural̄ q̇ habet̄
ex ſtudio: ꝑtim eſt ſenſual̄. ſ. q̄tũ ad p̄ncipiũ: ⁊
ꝑtim itellectualis. ſ. q̄tũ ad finẽ: q̄ꝛ nihil eſt in
intellectu qn̄ p̄us fuerit i ſenſu: vt vult Ariſto.
Sȝ ſcia infuſa ſeu cognitio ſupnatural̄ tota ẽ
itellectualis: q̄ꝛ nõ ꝑtinet ad portas ſẽſuũ: ſȝ a
fõte diuini luminis ꝓcedẽs intrat itellectuȝ p̄
diuinã potẽtiã. Uñ dð. Apud te ẽ fõs vite: ⁊ i
lumine tuo videbim⁹ lumẽ. ps̄. xxxv. Iſtud lu
mẽ hũit beat⁹ Ambroſi⁹. Primo.n. hũit ſciaȝ
acq̇ſitã. Dicat̄ quõ pr̄ ei⁹ p̄fect⁹ rome eũ tradi
dit liberalib⁹ artib⁹ inſtruẽdũ: qñ aũt ſtuduit
theologiã mirabil̄r ſe hũit intm̃ ꝙ hũit ſpm̃ p̄
phetie. Dicat̄ cũ puer offerret manũ ad oſcu-
landuȝ ⁊ ſoror noluit oſculari. Rñdit qñ ero
ep̄s oſculabimi mihi ⁊c̄. Quidã Ambroſio fe
cit magnũ feſtũ ⁊ ꝯuiuium q volens dare ali-
quã bonã doctrinã hoſpiti iterrogauit diuitẽ
de ei⁹ vita q reſpõdit ꝙ erat beatior hui⁹ mũ-
di: ditiſſim⁹ in bõis tp̄alib⁹: in filijs ⁊c̄. oĩa ſibi
ſuccedebãt p̄ſpere ⁊c̄. Dicat̄ quõ btũs ambro
ſi⁹ dixit ad ſuos: vadam⁹ vadam⁹: q̄ꝛ ira dei ẽ
ſup domũ iſtaȝ: ⁊ tota illa dom⁹ ſubmergebat̄.
Q̇ð videns btũs Amb. cepit p̄dicare ſeruitori
b⁹ ſuis de timore dei. Nota bene hic legẽdaȝ.
Ecce quõ hũit ſpm̃ prophie. Cogitate hic qñ
de⁹ dat aduerſitatẽ ſignũ ẽ ꝙ de⁹ vt pat̄ corri
git filiũ. Malũ ſignũ ẽ ⁊ reprobatiõis qñ oĩa
p̄ſpere ſuccedũt: iõ xp̄s ait. Apoc. iij. Ego q̄s
amo arguo ⁊ caſtigo: quot ſunt in mũdo q in
p̄ſperis nõ cognoſcũt deũ: ⁊ in aduerſis rede
unt. Idẽ de mulierib⁹. O bñdicta aduerſitas
que gẽtes trahit ad deũ Iõ Thob. iij. Bene-
dictũ eſt nomẽ tuũ de⁹ patrũ nroꝝ: q cũ irat⁹
fueris miſericordiã facies: ⁊ in tempe tribula
tiõis pctã dimittis his q iuocãt te. Nõ cũ ira
t⁹ fueris ſm̃ iudiciũ gentiũ: q dicũt deũ iratũ
ꝯ illũ q patit̄ aduerſitates. ſȝ nõ ẽ ita: ſȝ ſic me
dic⁹ dans cauteria nõ reputat̄ irat⁹ ꝯ infirmũ
niſi a fatuis: ſic nec deus dans aduerſitates.
¶ Dico tertio ꝙ habuit lumẽ. ſ. de ſpũali p̄la
tõe: p̄latio.n.ſpũalis dr̄ lumẽ. Nemo accẽdit
lucernã ⁊ in abſcõdito põit: neq̄ȝ ſub modio:
ſȝ ſup candelabrũ vt q ingrediũt̄ lumẽ videãt
Luc. xi. Hic compat̄ p̄latio lumini. Prelat⁹
eſt lucerna qui qñ per deũ eſt electus aũ. ſ. ip̄e
met non tractauit: nec per potẽtiam eſt intru
ſus: tũc eſt lucerna accenſa ⁊ ſtat in cãdelabro
dignitatis vt lumen videatur. Ita fuit de btõ
Ambro. qui nõ fuit intruſus: ſȝ ipȝ deus elegit
Dicat̄ quõ beatus Amb. erat in ciuitate me-
diolani: ⁊ mortuo ep̄o: ciuitas fuit pro ep̄i ele-
ctione: q̄ꝛ eſt magnus ep̄atus. Et cuȝ eſſent in
eccleſia vt introducerent vnum ep̄m vnus vo
luit hũe illum alij alium. Cum aũt beatus am
broſius cã ſedãde ſeditionis q̇ erat in populo
perrexiſſet ad eccleſiam: ſubito fertur vox in-
fantis ſonuiſſe Ambroſium ep̄m. Ad quaȝ vo
cem totus popul⁹ clamauit Ambroſiũ ep̄m.
Dicatur quid fecit vt euaderet ne eſſet ep̄s.
Primo cum minis. minabatur enim graues
populo punitiones ⁊c̄. nec ſic potuit popu-
lum a propoſito reuocare: tunc cogitauit in-
tra ſe dicens. Iſti credunt ꝙ ego ſum bonus
hõ ⁊c̄. Ideo introduxit ad ſe meretrices pu-
blicas: non vt peccaret cum eis: ſȝ vt euaderet
q̄ꝛ ſp̄ fuit v̾go. vt teſtatur Ieronymus: nec pro
pter h⁰ pp̄ls ceſſauit: imo clamando dixerũt.
Pctm̃ tuũ ſit ſuper nos: tñ ſis ep̄us noſter.
Scripſit impatori vt cõtradicẽt: ⁊ ip̄e appro-
bauit. Deinde fugit ⁊ abſcondit ſe: ſȝ inuent⁹

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

fuit. Deinde iterꝝ voluit fugere:ſꝫ in craſtinuꝫ inuenit ſe ad portā que romana dī. Tunc cognouit dei voluntatē ꝛ accepit cuꝫ fletu ac ſi duceref ad furcā. Qñ aūt fuit ꝯſecratus epūs. incepit magnā abſtinētiā ſemp fuit ſibi qdrageſima:expēdebat reddit⁹ in pijs cauſis:pdicabat:ſcribebat libros:ꝛ habuit lumē ſpūalis ꝯtemplationis. Queſtio qre tñ ꝯdixit cuꝫ ſciret ſe multa bona poſſe facē. Rñſio: qꝛ prelatio hꝫ on⁹ importabile niſi deꝰ iuuet. ſ. obligari ſe ad reddendū rōnē de tot aīab⁹ qt ſunt in dyoceſi cum tñ de ſua hō debeat tremere. Hoc cogitabant ſcti antiqt⁹:ſꝫ mō nō curant niſi de bonis tpalib⁹. Nō attendētes illō vbū terribile Sap. vi. Judiciū duriſſimū hijs qui pſunt fiet. Exiguo. n. ꝯcedif mia:potētes aūt potēter tormenta patienf. No. iudiciū durꝝ fiet dādo cōputū de ſua vita:cū ſit multū difficile bene viuere in tāta abūdātia. Duri⁹ in cōputo reddēdo de diuitijs. Sꝫ duriſſimū in cōputo reddēdo de aīab⁹:ſꝫ exiguus dicit dñe aīam meam porto. Dō. Aia mea in manib⁹ meis ſemp ps. cxviij. Idē de rectorib⁹ cōitatis qui ēt coacti debēt venire:ēt ꝯclamādo:qa n ſuſtinēt pctā notoria dānantur. Jō dicit. Fortioribus aūt fortior inſtat cruciatio. Sap. vi. Jō Eccli. vij. Noli qrere fieri iudex niſi valeas virtute irrūpere iniqtates. ne forte extimeſcas facieꝫ potētis:ꝛ ponas ſcādalū in agilitate tua. Ibidē. Nec te imittas in ppl'm neqꝫ alliges pctā duplicia. ¶ Dico qrto qꝫ habuit lumen de iudiciali correctione. Nā iudicial correctio nō eſt niſi lumē. Hoc dicit apl's. Oia q arguunf a lumine manifeſtanf. Omē. n. qd manifeſtaf lumē eſt. ad Ephef. v. Iſtud lumē hūit btūs Ambroſius ad arguendū ꝛ corrigēdum magnos ꝛ paruos: diuites ꝛ paupes. Et lꝫ eſſet epus:nihilomin⁹ poſuit ſe ad audiēdū ꝯfeſſiones:ꝛ qñ veniebāt aliq ad ꝯfitēdū frigidi:ipſe aīabat eos vt dicerēt pctā: qꝛ nō ē ita in curia dei ſic in curia ſeculari. In curia. n. dei abſoluunf:ꝛ in curia ſeculari ꝯdēnanf. Et flebat vt ꝓuocaret pctōres ad flendū: ꝛ orabat pro eis dī. Tu paſtor bōe redue ouē errantē. Magnos aūt feriebat grauif: vt pꝫ de theodoſio impatore:qui peccauit puniēdo quandā ciuitatē occidēdo innocētes. Cui negauit ingreſſum eccie donec publicā agēt pniam. Et dicēti ſibi qꝫ dō peccaſſet:illico rñdit. Secutus es errantē:ſequere ꝛ penitentē. Qō vbi audiuit ita ſuſcepit vt publicā pniam nō abhorreret. Propter hoc in lōbardia btūs Amb. depingitur cū funiculis:qꝛ ita percutiebat magnos dños oēs ꝛ ēt paruos amicos ꝛ inimicos ꝛc.

¶ Dico qnto qꝫ habuit lumē de itegrali pfectione:qñ. ſ. creatura pſeuerat in bōa vita vſqꝫ in finē:qa nec dyaboli tēptationib⁹:nec mundi occaſionib⁹:nec carnis iclinationib⁹ dimittit bonā vitā inceptā. Tunc lumē ſctē vite itegraliter pficif cū vſqꝫ in finē indeſinēter cōtinuaf. iuxta illud Prouer. iiij. Juſtoꝝ ſemita qſi lux ſplendēs ꝓcedit ꝛ creſcit vſqꝫ ad pfectam diē. Jō xp̄s dicit. Uide ergo ne lumen qd in te eſt tenebre ſint. Si ergo corp⁹ tuū lucidū fuerit nō hñs aliquā pteꝫ tenebrarū erit lucidū totū:ꝛ ſicut lucerna fulgoris illuminabit te. Lu. xi. Iſtud lumē habuit beat⁹ ambroſius poſtqꝫ. n. vixit ſctē ꝛ virtuoſe. Dicaf quō cōuertit Auguſtinū qui tunc tpīs ibi legebat rethoricā ꝛ veniebat ad ſmones bti ambroſij ꝛ iuit ad fidē xp̄i cōuerſus. Tūc tpīs erat etiā ibi qdam ali⁹ infidelis valde apt⁹:nec aliqs poterat illū ad fidē catholicam trahere. Fuit dictū ſibi qꝫ iret ad audiēdū ſmones ambroſij:iuit ꝛ vidit angelū dei loquentē cū ambroſio ad aurē cū pdicaret:ꝛ ſtatiꝫ cōuerſus fuit. Cuꝫ aūt in fine vite ſue iaceret:apparuit ſibi dñs dicēs. In paſcha eris mecū in paradiſo. Tunc beat⁹ ambroſius vocauit ſacerdotes dicēs eis quō erat itur⁹ ad dñm i paſcha. De h⁰ ſciētes ciues ꝛ rectores ciuitaꝭ dixerūt int ſe. Lombardia ē mō pdita:qa ex ſctā vita iſtius ambroſij de⁹ diſſimulauit pctā nr̄a. Jō vadam⁹ ad eū vt roget ꝓ vita ſua ne mō moriaf. ꝛ ita feceft. Sed btūs ambroſius ſciēs dei volūtatē determinatā noluit ꝓ vita ſua orare:ſed rñdit. Non ita ꝯuerſat⁹ ſuꝫ apud vos vt pudeat me viuē. Canonici aūt cōgregati i camera ſua tractabant de epō futuro ſubmiſſe loquēdo. Aliq dicebāt qꝫ ſimplicianus eſſꝫ bonus. Rñſpōdit beat⁹ ambroſi⁹:ſenex eſt ſꝫ bonus. Ab hora āt vndecia qñ migratur⁹ erat vſque ad horā mortis extēſis manib⁹ in modū crucis orauit. Honoratus aūt ſacerdos vir excellēs q qeſcebat i domo. tertio audiuit vocem dicētē. Surge feſtina:qꝛ mō ē receſſur⁹:q deſcendēs obtulit ei ſctm̄ corpus:poſtea emiſit ſpm̄:ꝛ multi pueri viderunt multa miracula. Mō āt ē i lumie:qd qdē lumē ē iextiguibile

## ¶ De ſancto Georgio martyre.

Carus vir q inuent⁹ eſt ſine macula. Habef vbū
b iſtud originalit in libro Eccl. xxxi. Et recitatum eſt in epiſtola hodierna. Iſta ſolēnitas annualis bti georgij fit pp adiutorium qd exhibuit xp̄ianis in captione

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

mobilis ciuitaſ maioritaſ. Sed ꝑus ſalutetur
ꝟgo Maria ꝛc. Declarationē hui⁹ ꝟbi ꝛ in
troductionē māc recipio a q̄dā lege a deo an
tiqtus data in q̄ oñdit qūo ſibi offerri dꝫ ſacri
ficiū victorie di. Hō q obtulerit victimā paci
ficoꝝ dño vel vota ſoluēs vel ſpōte offerēs tā
de bob⁹ q̄ꝫ de ouib⁹: imaculatū offeret vt acce
ptabile ſit. Ois macl'a nō erit i eo. Leui. xxij.
Hoc eſt pp excellētiā dei in quo nlla ē macu
la: puriſſim⁹ ē in ſubſtātia ſua. Jō antiqt⁹ val
de reſpiciebaſ ſacrificiū ne hr̄et aliquā macu
lā in ocul' ne eēt cecū vel ꝯctū ꝛc. dicebat enī
illa lex. Nō imolabis dño đo tuo bouē ꝛ ouē
in q̄ ē macula aut q̄ſpiā viciū qꝛ abominatio ē
dño deo tuo. Deuſ. xvij. Quis ſignat pſonaꝫ
ſimplicē: bos autē pſonā nobilē: hñs duo cor
nua. ſ. potentie ꝛ ſcie. Caueāt ergo tales ſi vo
lūt de offerre ſacrificium ꝙ ſit ſine macula: qꝛ
al's abominabile eſſet dño. Propterea btūs
Georgius vt ſacrificium martyrij ſui eſſet deo
acceptū: ſeipm obtulit immaculatum: qꝛ non
legiſ vnq̄ꝫ habuiſſe maculā pcti mortalis. Jō
de eo dicit thema. Beatus vir. ſ. in ꝟtute q in
uentus eſt ſine macula. Patꝫ thema. Ego in
uenio in ſacra ſcriptura ſeptem maculas ſc̄m
ꝙ ſunt ſeptem peccata capitalia ſcilicet.

¶ Prima macula eſt de ſuperbia ꝛ vanitate.
¶ Secunda de luxuria ꝛ carnalitate.
¶ Tertia de auaricia ꝛ cupiditate.
¶ Quarta de ira ꝛ malignitate.
¶ Quinta de gula ꝛ voracitate.
¶ Sexta de pigricia ꝛ ocioſitate.
¶ Septima de inuidia ꝛ peruerſitate.

Nullā iſtaꝝ habuit beatus Georgi⁹ vt videbi
tis. Jō beatus vir q inuēt⁹ ē ſine macula: q. n.
hꝫ aliquā maculā de iſtis nō itrabit in regnuꝫ
celoꝝ. Nō intrabit in eā aliqd coingnatū aut
abominationē faciens. Apoca. xxi. Dico pri
mo ꝙ beatus georgius fuit ſine macula ſup
bie ꝛ vanitaſ p gr̄am dei. Nota q̄ttuor q̄ cōiſ
dant ſupbiā militib⁹: q̄ oīa hūit excellēter bea
tus georgius: ſꝫ cuſtodiuit ſe a macl'a ſupbie.
Primū ē nobilitas de ſanguine. Scđm pul
chritudo de corpe. Tertiū diuiuni de hoibus.
Quartū victoria de inimiciſ. Qñ. n. miles co
gitat. Ego ſum nobil' de genere antiq̄ ꝛc. ſup
bit in corde. Btūs georgi⁹ hūit nobilitatem
ſanguis. Dicit hiſtoria ꝙ erat capadocie no
biliſſim⁹ ſꝫ nūq̄ꝫ ex hoc aſcēdit ſupbia in capi
te ſuo. Duas nobilitates hēbat in aīa: qꝛ filiuſ
regis xpi ꝛ reginine. ſ. eccl'ie. Et de iſta nobili
tate ſe appreciabat. Scđa in corpore: ſꝫ de iſta
nō curabat: imo dicebat cū dauid. Que vtili
tas in ſanguine meo: dū deſcēdo in corruptio
nē. Scđo pulchritudo corpis ē mult̄ occaſio
ſupbie: vadūt ornati: vt fatui. Nō op⁹ eſt follo
ſuſpēdē cymbalū collo: ſꝫ btūs georgi⁹ lꝫ pul
cherrim⁹: nō tñ ſe apꝑciabat niſi de pulchritu
dine aīe vt eſſet alba ꝛ clara p verā fidē: ꝛ ru
bea p memoriā paſſiōis ornatā ꝟtutib⁹. Re
cordabaſ dō ꝟbis ſalomōis dicēt̄. Fallax gr̄a
ꝛ vana ē pulchritudo. ſ. corpis mulier. i. aīa ti
mēs deum ipa laudabiſ. Prouer. vl. Tertio
dñium hoium ē occaſio ſupbie: qñ miles ſe vi
det capitaneū multoꝝ ꝛc. Btūs georgi⁹ fuit
tribun⁹. ſ. capitane⁹ mille hoiuꝫ armoꝝ nec ſu
perbiebat: nec alicui faciebat iniuriā: nec ipſe
nec ſui gubnabāt ſe niſi hūiliť ꝛ ſimpl'r. Juxta
illud. Quāto magn⁹ es hūilia te i oib⁹ ꝛ corā
đo inuenies gr̄am. Qm̄ mag̃ potētia dei ſoli⁹
ꝛ ab hūilib⁹ honoraſ. Altiora te ne q̄ſieris: ꝛ
fortiora te ne ſcrutat⁹ fueris: ſꝫ que ꝑcepit tibi
deus illa cogita ſemp: ꝛ in plurib⁹ opib⁹ eius
ne fueris curioſus. Non eſt. n. tibi neceſſarius
ea que abſcōdita ſunt vidē ocul' tu s. In ſup
uacuis reb⁹ noli ſcrutari multipl'r. ꝛ in plibus
ei⁹ opib⁹ nō eris curioſus ꝛc. Eccl'i. iij. Quar
to victoria inimicoꝝ ꝯſueuit dare ſupbiam vi
ctorioſis. Btūs georgius fuit ſp victorioſus.
Nū hēbat māꝫ ſupbiēdi: ſꝫ totū attribuebat
deo: dicēs ꝙ victoria inimicoꝝ gr̄a ꝛ donum
dei eſt: qꝛ plerūqꝫ plures quiqꝫ vincunſ a pau
cis: ꝛ fortes ſupanſ ab ipotētib⁹. Jō dicebat.
Nō nob dñe nō nob: ſꝫ noi tuo da gl'iam. Pꝫ
ergo ꝙ macula ſupbie ñ maculauit eū: nec in
uēta fuit in eo. Ergo btūs vir q inuētus ē ſine
macula. ¶ Scđo fuit ſine macula luxurie. i.
carnalitaſ: intātū ꝙ crediſ fuiſſe ꝟgo. qñ. n. ca
piebat aliquā villā: caſtrū: vel ciuitatē: hoīes
carnales ſolēt ſe daſ, vt lupi ad cadauer. Bea
tus georgi⁹ cuſtodiebat ꝛ conſeruabat mulie
res ac ſi eēt pr̄ oium eaꝝ imo dicā vob vnum
fcm̄ ſingulare qđ accidit in q̄dā ꝓuincia iuxta
capadocia in q̄ oēs erāt ydolatre. Rex ꝟo il
lius ꝓuincie hēbat vnicā filiā. Demōes ꝟo q̄
nō ꝯtētanſ de paucis pctis: ſꝫ paulatī ꝺducūt
ad mag̃: eoꝝ ordinatōe actū ē vt gētes illius
ꝓuicie offerrēt filios ſuos ꝛ filias ſuas dyabo
lo. De h° Dđ in pš. Jmmolauerūt filios ſuos
ꝛ filias ſuas ꝺmonijs. Juxͣ ciuitatē regis illi⁹
erat ſtagnū i q̄ erat draco igēs q adorabaſ vt
de⁹. Rex ꝟo inuocauit deū ſuū ꝙ ſi iuuaret eū
offerret ſibi filiam ſuam: q adiutus a demone
oportuit eū implere ꝓmiſſum. Georgius ve
ro diuina reuelatione dimiſſa gente ſua ſolus
ſine famulo venit. Qui videns puellam talē

oꝛnatá ⁊ flentem deſcendit de equo querens
ab ea q̄r ⁊c. q̄ narrauit btó georgio totú fa
ctú di. ꝙ de⁹ petebat eá in cibū ſuū itm̄ ꝙ ei⁹
pr̄ lꝫ eēt rex nō potuit eá liberar̄. Ad q̄ꝫ btūs
georgius. Nō dubites qꝛ v̇tute noīs xp̄i ego
libēabo te hodie. Dicat̄ quō draco exiuit d̓ la
cu: ⁊ btūs georgi⁹ ſignauit ſe ſigno ſcté cru
cis ⁊ exiuit ꝯ eū: quem ꝑcuſſit: q̄ facto duxit
puellā ad prē ſuū. Cogitate q̄n domicella
vidit militē pulchꝛū ⁊ ita audacē. Cogitate
quō dicebat prī ꝙ daret ſibi ipſū ī virū: qꝛ ma
gis vellet eū q̄̄ iꝑatorē. Pr̄ aūt dabat ſibi fi
liá ſuá ī vxorē cū regno. Rn̄dit btūs Georgi
us. Nō dec̄ eá mihi: ſꝫ xp̄o dn̄o ⁊ baptizer̄: qꝛ
xp̄s illá filiá liberauit. Tūc baptizati ſūt puer
⁊ rex pat̄ ei⁹ ⁊ vltra .xx. milia fuerūt in illa ci
uitate baptizati. Ecce quō erat ſine macula lu
xurie ⁊ carnalitat̄. O q̄t milites duxiſſent eá
libēt̄ dicētes. Ueni filia ad aulā meā: bn̄ tibi
faciá ⁊c. vt ipi deuoꝛaſſent eá ⁊ nō draco. Sꝫ
btūs Georgi⁹ vt miles vrban⁹ liberauit eá ⁊
tradidit prī ſuo: nec voluit ipā nec regnū. Et
potuit dicere illud. Thob. iij. Tu ſcis dn̄e qꝛ
nūq̄ꝫ ꝯcupiui: ſupple mulierē. Mūdá ſuaui
aīaꝫ meá ab oī ꝯcupiſcētia. Hic hn̄t exēplum
milites q mō nō curāt niſi de luxuria: nec ſuf
ficiūt eis mulieres cuiuſuis ꝯditiōis ſiue ſtat⁹
Jō btūs vir q inuēt⁹ ē ſine ⁊c. ¶ Tertio fuit
ſine macula auaritie ⁊ cupiditat̄. Cū .n. poſ
ſet multa ꝯgregare in captiōe villaꝝ: ciuitatū
⁊ caſtroꝝ ſꝫ non curabat. Jtē rex ille cui⁹ filiá
liberauit exq̄ nolebat filiá ſuá in vxorē dabat
ſibi īfinitū theſaurū: noluit recipe: ſꝫ vt daret
ꝓ eccleſijs ꝯſtruendis: ⁊ hoſpitalib⁹ ꝓ paupi
bus pſonis iſtruxit. Patꝫ g° quō fuit ſine ma
cula ⁊ q poſt auꝝ nō abijt: nec ſperauit ī pecu
nia ⁊ theſauris. Eccli. xxxi. ſꝫ hodie ē tāta aua
ricia militū ꝙ ꝑdāt vaſallos: dicendo ꝙ ſunt
gratioſe petitōes: tn̄ icludūt eos in carcerib⁹:
vel in alio loco dicēdo. Nō exibit̄ q̄uſq̄ꝫ det̄
tātū. Ecce gratioſe petitiōes retinēt ſibi deci
mas ⁊ p̄mitias. Etiá impn̄iet arrendant iura
eccleſiaſtica cū magno ꝑiculo: al̓s n̄ ꝑmittūt
colligere decimas ⁊ p̄mitias. Etiá imprimet
retinēt ſolidata ſeruoꝝ ⁊ ācillaꝝ: qꝛ iá reddit⁹
nō ſufficiūt tot ſūt vanitates. Jō dicebat xp̄s.
Uidete ⁊ cauete ab omi auaricia: qꝛ nō ī abū
dantia cuiuſq̄ꝫ vita ei⁹ eſt ex his que poſſidet.
Luce. xii. ¶ Quarto fuit ſine macula ire ⁊
malignitat̄. Nūq̄ꝫ .n. voluit vindictá de aliq̄
iniuria ſibi facta niſi ſꝫ oꝛdinē iuſticie: ſꝫ pa
tienť ſuſtinebat iniurias remittēdo bono coꝛ
de. Dicat̄ q̄t iiurie fuerūt ſibi facte ī toꝛmētis
q̄s patienť ſuſtinuit ꝓ xp̄o. Regnātib⁹ autem
dyocletiāo ⁊ maximiano iꝑatoꝛib⁹: q graues
ꝑſecutiōes dederūt xp̄ianis. Jſti miſerūt da
cianū v̇ſus ptes capadocie ad ꝑſequēdū xp̄i
anos: vt. ſ. abnegarēt fidē vl̄ toꝛmēt̄ interirēt:
q infra menſeꝫ iterfecit pl⁹ q̄̄ vigīti milia xp̄i
noꝝ: ⁊ multi deficiebāt in toꝛmēt̄. Tūc btūs
georgiuſ dixit intra ſe. Diu militaui ⁊ bellaui
cū equo ⁊ armis coꝛpoꝛalibus: ideo iaꝫ de ce
tero volo bellare pedib⁹ ⁊ cū armis ſpūalib⁹
dedit oīa bona ſua paupibus ⁊ in ſimplici ha
bitu venit corá daciano q cruciabat xp̄ianos:
⁊ clamādo dixit illuꝫ v̇ſuꝫ pſalterij. Oēs dij
gētiū demonia: dn̄s aūt celos fecit. Tūc daci
anus interrogauit eū vn̄ eēt ⁊ quō vocabat̄.
Qui rn̄dit ſe capadocē eē q̄ ad nationē q̄ ad
nomē reſpōdit ⁊ dixit. Ego vocoꝛ georgiuſ ⁊
ſuꝫ miles nominatus ꝑ totū mūdū. Tūc da
cian⁹ iuſſit illū poni in eculeo. Dicatur qd eſt
ecule⁹: q mēoꝛās quō xp̄s fuit extēſus ī cruce
ſuſtinuit patiēt̄. Tūc dacian⁹ dedit ſibi aliud
toꝛmētū cū ferreis penalib⁹ totuꝫ coꝛp⁹ fecit
dilaniari: ſꝫ cogitās effuſionē ſanguinis xp̄i ī
cruce ſuſtinuit patiēt̄. Deinde applicauit la
minas igneas ad latera ei⁹. Deinde iuſſit v̇be
ra ⁊ plagas ſale ꝯfricari. Et btūs Georgius
dicebat. Nō ſūt ꝯdigne paſſiones huius tpis
ad futurá gloꝛiaꝫ q̄ reuelabit̄ in nobis. Nam
expectatio creature ꝛuelatōeꝫ filioꝝ dei expe
ctat. Uanitati .n. creatura ſubiecta ē: n̄ volēs
ſꝫ ꝑꝑ eū q ſubiecit eá in ſpe. Qꝛ ⁊ ipſa creatu
ra liberabit̄ a ſuitute coꝛruptiōis ī libertates
glīe filioꝝ dei. Scim⁹ .n. ꝙ oīs creatura inge
miſcit ⁊ ꝑturit vſq̄ꝫ adhuc. Nō ſolū aūt illa ſꝫ
⁊ nos ipi p̄mitias ſpūs hn̄tes: ⁊ ipi intra nos
gemim⁹ adoptiōeꝫ filioꝝ dei: expectātes redē
ptionē coꝛpis nr̄i. Ro. viij. Patꝫ ergo ꝙ n̄ ha
buit irá nec odiū: nec malá volūtatē: ſꝫ dulcit̄
ſuſtinuit. Jō cantatur. Non murmur reſonat
nō querimonia ſꝫ coꝛde tacito mens bene cō
ſcia: ꝯſeruat patiaꝫ. Secus de militibus mo
dernis impatientibus ⁊ bꝛicoſis. Jō Job. v.
Uirū ſtultū interficit iracūdia. Stultus dicit̄
iracūd⁹. Rō: qꝛ ſicut ille eēt ſtult⁹ q volēs re
cipere vindictá de inimico recipet venenum
Jta eſt de iracūdo q̄rente vindictá primo in
terficit ſeipſum. Oīs q odit fratrē ſuū homici
da eſt. ſ. ſuꝑpſius. i. Jo. iij. ¶ Quita macula ē
gule ⁊ voꝛacitatis. Jſta eniꝫ macula deſtruit
coꝛpus ⁊ aīam. Primo deſtruit viſum. ſecun
do anhelitū coꝛrumpit: tollit foꝛtitudinē: qꝛ
vinū ꝑcutit neruos: aufert intellectū: inducit
podogrā: moꝛbū caducū: ⁊ alias infirmitates

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Ideo xp̄s. Attendite vobis ne forte grauent corda vr̄a in crapula ⁊ ebrietate. Lu. xxi. De ſtic recipiūt neceſſitatē cibi ⁊ potus: ⁊ hoies vltra neceſſitatē. Ab iſta macula fuit lib̄ btūs Georgius. Fuit .n. valde abſtinēs ſemꝑ ieiunabat quadrageſimā ⁊ vigilias eccleſie: quattuor tēpora: ⁊ bis in qualibet hebdomada. ſ. feria q̄rta ⁊ ſexta. Et mō dicūt milites ꝯfeſſoribꝰ. Non detis mihi ieiunia: qꝛ ego idigeo fortitudīe: ieiunēt clerici. Dicat quō meliꝰ cuſtodirēt fortitudinē cauēdo a mulieribꝰ: ex qbꝰ ꝑdunt fortitudinē corꝑis ⁊ audaciam animi.

¶ Sexta macula ē pigritie ⁊ ocioſitat. dicat de diligētia beati georgij in ſpūalibꝰ ⁊ tpalibꝰ. In tpe. n. pacis faciebat bellū ꝯ corpꝰ ſuū ꝑ pniaꝫ: q̄libet māe genibꝰ flexis cū ſilētio audiebat miſſaꝫ: quolibet die dñico cōicabat. Ex iſta diligētia deꝰ dedit ſibi virtutē. Dicat quō dacianꝰ volēs ipm terrere fecit rotas cuꝫ gladijs: vt legit ꝺ btā katherina vt fidē xp̄i abnegaret. Sed beatꝰ georgiꝰ ſignādo ſe ſalutauit i medio rotarū ⁊ i nullo ſibi nocuerūt: ſꝫ v̄tute dei cōfracte ſunt ⁊ multos gentiles necauerūt. Deinde ponit in ſartagine plena feruēte plūbo: ſꝫ facto ſigno crucis ibi q̄ſi i balneo roris iā cadētis ſedebat. Sed modo milites tpe pacis dant ſe ocio ⁊ pctis ⁊c̄. Cuilibꝫ tn̄ eoꝝ dic̄ ſcptura. Q̄ꝺcūqꝫ pōt facē manꝰ tua. i. v̄tus: inſtanter operare: qꝛ nec opꝰ nec rō: nec ſcia: nec ſapia erūt apud iferos q̊ tu ꝓperas. Eccl's. ix.

¶ Septīa macula eſt inuidia ⁊ ꝑuerſitas: qꝛ cōiter ꝑſone excellētes ⁊ notabiles qn̄ audiūt cōmendare vel laudare aliū ſtati intrat i corde eoꝝ v̄mis inuidie ⁊ odiūt illū. Ab iſta macula fuit imunis beatꝰ georgiꝰ. Non. n. inuidebat alicui. dacianꝰ. n. cogitauit ꝙ generoſus animꝰ magis iclinat ꝓcibꝰ ⁊ dulcibꝰ ſmonibꝰ q̄ꝫ tormentis ſeu terroribꝰ. Iō blādimentis tēptauit emollire btm̄ georgiū dicens. Georgi nū qd vides q̄ꝫta ē patiētia deoꝝ nr̄oꝝ. Iō ſi vis tenere leges ⁊ decreta impatoꝝ eris magnus ⁊c̄. Et ſic voluit decipe btm̄ georgiuꝫ cū malicia. R̄ndit beatꝰ georgius. modo dicis mihi iſta poſt taꝫ dura tormēta: q̄re nō dixiſti a p̄ncipio. Voluit ꝺcipe dacianū ꝑ ſuā ſapiaꝫ beatus georgiꝰ ſimulans ꝙ vellet deos adorare tā ſolēnit. De q̄ gaudēs dacianꝰ fecit ꝓconizare quō beatꝰ georgiꝰ adoraret deos ⁊c̄. Cū aūt deductꝰ eſſet i tēplo i porta tēpli adorauit dicens. Ego adoro: nō ydola ſꝫ deū veruꝫ. Ego adoro: nō demones ſꝫ xp̄m ſaluatorem: ſubito ignis deſcendit de celo: ⁊ templū cū ydolis ⁊ multis gētilibꝰ q exiuerāt oīno deſtruxit. Quo audito dacianꝰ indignatꝰ voluit vel ꝙ adoraret ydola: vel ꝙ moreret. O ſtulte dixit btūs georgius. ⁊ quō credis ꝙ adorem deos tuos q̄s ego deſtruxi. Propter qꝺ dacianꝰ ꝓtulit ſniam capitalē ꝯ ſctm̄ georgiū. Et primo ꝙ fuſtibꝰ cederet. Cū ergo fuiſſet diſtractꝰ ꝑ ciuitatē ⁊ capitalē ſniam ſigno crucis ſe muniēs recepiſſet. Dacianꝰ inde recedēs igne celeſti ſubito ꝯſumptꝰ ē. Et btūs georgiꝰ in celo receptꝰ. Nō. n. iuidit bōis daciani ſibi ꝓmiſſis: q̄nimo eo deluſo martyriū ſuſtinuit. Iuxta illud. Deus qui precinxit me v̄tute ad bellum: ⁊ poſuit immaculatam vitam meam. ps̄. xvij.

## ¶ De ſctō Marco. Sermo.

Qui timet deū faciet bōa. Eccl'i. xv. ⁊ in epl'a hodiēna p̄ns ſmo nr̄. erit illꝰ glorioſiſſimi euāgeliſte bti marci: qꝛ hodie ē ſua ſolēnitas ⁊ feſtū: ſi placet deo hēbimus multas bonas doctrinas ꝓ itellectꝰ illuminatōe ⁊ vite correctōe ⁊ pctōꝝ deteſtatōne. Sꝫ primo ſalutet v̄go maria ⁊c. Pro breui declaratiōe huiꝰ v̄bi ⁊ materie itroductione ſciēdū ꝙ inter alia ꝑ que q̄s pōt hr̄e ſufficientiā ⁊ abūdantiā bonoꝝ tā ſpūaliū q̄ꝫ etiam temporaliū ē timor dei. Qn̄. n. creatura i corde ſuo timorē ꝓponit: nō facere aliqd ꝯ deuꝫ nec corde cogitādo: nec ore loq̄ndo: nec opere ꝑficiendo dicens. Deꝰ cuſtodiat me ne faciam aliqd ꝯ eiꝰ volūtatē. Qn̄ ſurgūt de mane cōmendant ſe deo dicēdo. Modo incipit iſta dies: iō dñe guberna me ne faciā malū. Idē ſi icipiūt viā: vel ſi ponūt ſe ad mēſaꝫ dn̄t. Mō hēo recipe refectionē. iō dñe v̄tinā cū mēſura comedā ⁊ bibā: ne te offendā. Idē qn̄ ponūt ſe ad dormiēdū ⁊ in opibꝰ alijs: tal' timor dat abūdantiā bonoꝝ ſpūaliū. Nā ſi aliqs hꝫ itra domū ſuā fontē viuū: certū eſt ꝙ talis nō hēbit penuriā aq̄. Ita timor dei in domo ꝯſciēē vt fons redūdās grāꝝ ſpūaliū v̄tutum ⁊ ꝑfectionū ⁊ meritoꝝ. Auctas dauid. Timete dn̄s oēs ſancti eiꝰ. ſ. xp̄iani q in baptiſmo ſctificantur qm̄ non eſt inopia timētibus eū. Diuites ſ. bonoꝝ tpaliū eguerūt ⁊ eſurierūt. ingrētes aūt dn̄m. ſ. timoroſe: non minuentur oī bono ps̄. xxxiij. Ex iſta rōne de beato marco q ſemꝑ timuit dn̄ꝫ dicit thema. Qui timet deū faciet bona. Ideo habuit bōa temporalia h̄: ⁊ ſpūalia in patria. In hyſtoria. n. beati marci inueni tria bona magna que habuit.

¶ Primuꝫ fuit ꝯuerſio de v̄itate.
¶ Secundū ꝑfectio de humilitate.
¶ Tertium deuotio de ſanctitate.

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Ecce tria magna bona beati marci:q̄re p3 the.
Qui timet deū faciet bona. ¶Dico primo ꝙ
pmū bonū bti marci fuit ꝯuerſio de ṽitate:q2
pmo fuit iudeus de tribu leui ꝛ de gñe aaron.
Erat.n.ſacerdos ꝛ ad pdicatióe3 beati petri
apli fuit.ad fidē ꝯuerſus.ſ.xpi. Cogitate ꝙ ve
nit cū multis argumētꝭ ꝛ rónib9 q̄s ſibi ſoluit
btūs petr9. Prima fuit de trinitate. Scda de
xpi incarnatióe. Tertia de paſſione. Quarta
de lege moyſi.ſ.de duratióe ei9. Quita de tē
pore meſſie. Ad pcticā :qñ btūs marc9 audi/
uit ꝙ btūs petrus ꝛ alij apli pdicabāt de tri/
nitate:ꝙ eſt vn9 deus ꝛ ille dus ē pr ꝛ filius ꝛ
ſpūſſctūs. dixit marc9 hoc ñ pōt eē:q2 dr. De/
ut.vi. Audi iſrael dñs dus tu9 vn9 ē. Iſtā rōnē
faciūt hodie iudei. S3 ecce rñſio clara:q2 pſo
ne nō ſic ſumūt in deo ſicē in nobis. Quia q̄li
bet pſona i nobis facit vnā eēntia3. Credūt.n.
iudei ꝙ qñ dicim9 tres pſonas ꝙ ſint q̄ſi tres
gigātes vel tres reges:ſ3 ſumūt vt in ſole:in q̄
deſignat pr fili9 ꝛ ſpūſſctūs:tñ non ē niſi vn9
ſol:ſ3 ē tāte pfectióis ꝙ de ſe gñat radiū que3
mittit hic:ꝛ tñ nō recedit ab eo. Nā ſubſtā/
tia ſolis pōt dici pr generās:radi9 filius geni/
t9:ꝛ calor ſpūs ab vtroq3 pcedēs pōt dici ſpi
ritusſctūs:ꝛ tñ nō ē niſi vn9 ſol. Sic itelligimus
nos trinitatē:q2 dus nō ē mioris ṽtutꝭ q̄ ſol.
Et dixit petrus marco. Attēde ꝙ pphe qñ lo
quūt de dō poſuūt tria ad inuēdū trītatē pſo/
naꝝ.vñ i auctate allegata dr. Audi iſrael dñs
de9 tu9. tria noīa ſt ibi ad innuēdū trinitate3
pſonaꝝ. Itē yſa.vi.vbi dic yſaias. Uidi dñm
ſedētē ſup ſoliū excelſū ꝛ eleuatū:ꝛ plēa erat
dom9 maieſtate ei9 ꝛ ea q̄ ſub ipo erant reple
bāt tēplū. Ubi iter cetera vidit duos āgelos
clamātes:alter ad alteꝝ. Sanct9 ſanctus ſan
ctus:dñs de9 exercituū:ꝛ ſic de mltis alijs au
ctoritatib9 poſſet dici. O dixit marcus:credo
trinitatē:alr itelligebā ego:ſ3 errabā : mō vi
deo clare. Secūdo fuit de incarnatióe verbi.
Dicebat eñi marcus:vos dicitis ꝙ de9 fact9
eſt hō:quō ē hoc poſſibile:cū ſcriptura dicat
deum eſſe imutabile3. Ego dñs ꝛ non mutor.
Malach.iij. Si factus eſt hō igitur mutatus
eſt. S3 iſta ratio pcedit ex ignorantia: quia
l3 deus ſit imutabilis : etiā eſt infinitus ꝛ eſt
vbiq3. Et omis creatura eſt plena diuinitate
q2 diuinitas implet totū mundū vt claritas
ſolis totū aerē. Incarnatio ergo nihil aliud ē
niſi ꝙ illa humanitas i vtero ṽginis formata
a ſpūſancto erat plena diuinitate:non ſolum
potentionaliter.vt eſt in ceteris creaturis:ſed
etiā pſonaliter q2 alr nec ſeipm poſſet ſalua/
re. Sicut eñi ferrū ignitū calefacit ꝛ illumiat
nō virtute ferri ſ3 ignis. Ita illa hūanitas xpi
hūit virtutē redimēdi gen9 humanū: ꝛ ſaluā
di credētes ꝛ obediētes rōne diuinitatis ſibi
ꝯiuncte:alr.n.nec ſe nec alios poſſet ſaluare.
Jō dixit petr9 marco. Non itelligas ꝙ de9 ſit
mutat9:ſed illa hūanitas fuit ſubſtātiata in di
uinitate pſonalr:tūc marcus credidit icarna
tionē.3a fuit de xpi paſſione. Dixit marc9.vos
dicitꝭ ꝙ xps ſuſtinuit mortē ꝛ paſſionē in cru/
ce:vt ſaluaret ſibi credētes ꝛ obediētes:cū tñ
dicit dd. Oia quecūq3 voluit dñs fecit in celo
ꝛ in terra in mari ꝛ in oib9 abyſſis. Si g° xps
erat de9:ſine morte ꝛ paſſione poterat ſalua/
re dicēdo. Ego parco oibus:de cetero cuſto/
diā vos:quēadmodū vn9 rex facit vnā gñā/
lem remiſſionē:q̄re ergo voluit pati:capi:ꝛ li
gari. Rñdit ei petr9 di. Scias ꝙ in deo iuſti/
cia ꝛ mia ſt ſua eſſentia ꝛ ſuba. In nobis aūt
iuſtitia ꝛ mia ſunt q̄litates accidētales. Ideo
hoies aliq̄tiens faciūt ꝯ iuſtitiā:aliquotiēs ꝯ
miam. S3 de9 in oib9 opibus ſuis oñdit ſuam
iuſtitiā:nō ꝯ miam ſicut nec ꝯ diuinitatē ſuā.
Si ergo remiſiſſet generaliter oib9: vt dicis:
opus eſſet mie:ſ3 vbi fuiſſet ſua iuſtitia: ſi aūt
dānaſſet oēs in inferno fuiſſet rigor iuſtitie:ꝛ
vbi fuiſſ3 ſua mia:oportuit ergo ṽuare modū
in q̄ oñderet ſua iuſtitia ſumma ſoluēs in cru
ce pcium ſanguis ꝛc.ꝛ oñderet ſumma mia:
q2 ipſe qui nō tenebat voluit ſoluē ꝛ ꝙ ita de
buit fieri ꝛ ꝙ ds deberet pati. Itē Dauid p/
phetauerat in ps. De9 de9 reſpice i me ꝛc. In
quo pſalmo pōit clare xpi paſſionē. Itē yſa.
Uere languores nros ipe tulit:ꝛ dolores no
ſtros ipſe portauit. Et reputauim9 eū quaſi le
proſum:ꝛ pcuſſum a deo ꝛ hūiliatū. Ipſe aūt
vulneratus eſt pp inigtates nras:attritus eſt
pp ſcelera nra. yſa.liij. Item Dan.ix. Poſt
hebdomadas.lxxij.occidet xpus. Tunc btūs
marcus credidit. Quarta fuit de lege moyſi:
cū ſit bona a deo data ꝛ multis ꝛ magnis mi
raculis approbata: q̄re ergo eſt dimittenda.
Rñdit btūs petrus ꝙ lex moyſi fuit bona ꝛ
ſctā ſuo tpe:ſ3 mō iā nō eſſet bona. Dicat ſili
tudo de pre qui dat leges pedagogo p filijs
puis nutriendis pmittēs eis fruct9 ꝛc. Talis
lex bona eſt pro pueris nutriēdis:ſed nō pro
adultis:q2 aliā legē ꝛ pmiſſionē dant pueris
ꝛ aliā viris pfectis. Ita fuit de lege moyſi da
ta a patre deo pueris iudeis: ſ3 mō o3 recipe
legē euāgelicā ꝛ iſtam petebat dauid di. Le
gem pone mihi dñe viā iuſtificationū tuaꝝ ꝛ
exquirā eā.ſp.ps.cxviij. Et nunq̄d hēbat iā le

legē moyſi:imo:ſꝫ petebat legē euāgelicam.
Tunc btūs Marcus credidit. Quinta de tpe
meſſie dicebat btūs Marcꝰ ꝙ nōdūꝫ tps erat
ꝯpletū qꝛ Iſaias dederat ſignū di. Et ꝯflabūt
gladios ſuos in vomeres ⁊ lāceas ſuas in fal
ces. Iſa.ij. In iſto caplo Iſaias loqtur de cō
uerſiōe gentiū ad meſſiā fiendā:nō violēter ſꝫ
ꝑtioſe. Et fluēt ad eum oēs gētes ⁊ ibūt ppli
mlti ⁊ dicēt. Uenite aſcēdamꝰ ad mōtē dñi ⁊
ad domuꝫ dei iacob:⁊ docebit nos vias ſuas
⁊c. Cū gº dr:⁊ ꝯflabunt ⁊c. itelligit ꝙ ꝓ ꝯuer
ſione gentiū nō exercebunt vltra ad ꝑliuꝫ:ſꝫ ꝑ
dicādo ⁊ dicēdo. Domꝰ iacob vēite ⁊ ambu-
lemꝰ i lumine dei nri. Tūc btūs Marcus cre
didit ⁊ fuit letꝰ:⁊ rogauit btm̄ petꝝ ꝑ gra ſpā
li ꝙ ipemet baptizaret eū:⁊ ita fecit:⁊ recepit
ipm in diſcipulū ſuū. Ecce quō a ꝑdicatōe bti
petri fuit ad fidē xpi ꝯuerſus ⁊ ab eo baptiza
tus:atqꝫ in diuino ſmōe eiꝰ diſcipulus. Iō btūs
petrus vocabat ipꝫ filiū di. Salutat vos mar
cus filiꝰ meꝰ.i. Pe.v. Pꝫ quō btūs marcus
hūit pmū bonū.ſ.cōuerſionē de vitate. Ergo
q timet deū ⁊c. ¶ Scōm bonū qd hūit fuit ꝑ
fectio de hūilitate. Ille dr hrē pfectionē hūi
litat; viteq q̄ꝫto ē maioꝛ:tāto eſt hūilioꝛ.iuxta
illō Eccl.iij. Quāto magnꝰ es humilia te in oi
bus.⁊ corā deo inuenies grām: Ita fecit bea
tus marcꝰ:qꝛ.n.fuit ad fidē ꝯuerſus hūit tan
tā ſciaꝫ theologie ꝙ effectꝰ ē ſcds euāgeliſta.
Math.fuit pmꝰ. Marcꝰ ſcds. Ecce q̄ꝫtā grāꝫ
fec ſibi ds. Et ſicut ſcripſit euāgeliū:ita ꝑdica
bat ⁊ dicta ſua ꝯfirmabat miraculis. Quādo
n.ꝑdicabat de trinitate ꝙ erāt tres pſone vnꝰ
deus:nō ſolū hoc ꝯfirmabat auc̄te:ſꝫ miracu
lo ſuſcitando moꝛtuū ſibi adductū: dicendo.
Sicut eſt verꝝ ꝙ pr filiꝰ ⁊ ſpūſſctūs ſunt vnus
deꝰ:ita coꝛpus ⁊ aīa ⁊ vita iſta tria vniant in
iſto. Et ſtatim ſuſcitabat. Idē qn̄ ꝑdicabat de
incarnatiōe ⁊ de paſſione ⁊ reſurrectōe. Idē
alijs confirmabat miraculis:⁊ poterat dicer.
Nō audeo aliqd loq coꝝ que ꝑ me nō efficit
xps. Ro.xv.⁊ cū toto hoc erat ita humilis ꝙ
ꝓ nullo ſe hūit. Uidens enim ꝙ papa.ſ.btūs
Petrus tātū ipſum diligebat ex hūilitate ne
faceret ipſum ſacerdotē nec epm abſcidit ſibi
pollicē. Magnū mirabile fuit. Nunqd eē ſa
cerdotē eſt bonū:imo ſi hꝫ tria.ſ.claram ſcien
tiam:ſctām vitā:⁊ bonā famaꝫ:als meliꝰ eſſet
clerico nō hrē manus nec pedes debet enim
primo habere ſciaꝫ clarā vt itelligat qd legit
ad minꝰ.ad lrām:⁊ ſciat ſacra eccle ⁊ formā
coꝝ. Btūs marcus q erat tātus theologus ſi
reputabat ſe ſufficientē ad ſacerdotiū. Iō ab
ſcidit ſibi pollicē vt nō ꝓmoueret. Mō āt q
libꝫ ſe reputat ſufficientē ⁊ dicūt ifinitos erro
res in euāgelio ⁊c. Et qn̄ deberent ſtudē dant
ſe ad venādū ⁊ ludēdū ⁊ faciūt ſe ꝓcuratores
⁊ illa ignorātia vadūt ad ifernū. Qꝛ tu ſciam
repuliſti:repellā te ne ſacerdotio fungaris mi
hi. Oſee.iiij. Scdo in ſacerdote reqrit ſctā vi
ta vt viuat.ſ.caſte ⁊ hōeſte:qꝛ hꝫ tractare coꝛ
pus dñicū cū ſuis manibꝰ cuiꝰ ligua apit celū
vt pꝫ de ꝯſecratōe di.ij. Et qs fideliū. Iō dꝫ ca
uere a mendacijs ⁊ blaſphemijs. Coꝛpꝰ ſacer
dotꝭ ē ſepulchrū xpi. Cogitate q̄ꝫtā ſctitatē dꝫ
hrē in vita. Et qd pctm̄ illoꝝ q ꝓijciūt coꝛpus
ſuū in latrinā luxurie maiꝰ pctm̄ eſt q̄ꝫ ſi duo
ꝓijcerēt ſcm̄ ſepulchrū xpi in cloacā. Iō dicit
ſcriptura. Sacerdotes q̄qꝫ q accedūt ad dn̄m
ſctificent ne ꝑcutiat eos. Exo.xix. Iō beatus
marcꝰ lꝫ eēt ſctūs:tn̄ nō reputabat ſe dignuꝫ.
Tertio dꝫ hrē ſacerdos bonā famā. Nō ſufficē
clerico ꝙ ſecrete ſit bonꝰ:ſꝫ ꝙ oēs dicāt bonū
de eo. Antiqtꝰ qn̄ vnꝰ clericꝰ trāſibat ꝑ viā vel
ꝑ vicū:lꝫ tarde trāſiret oēs aſſurgebāt dicēdo
Deꝰ me hēat i veſtris oꝛonibꝰ. Mō āt ſūt tot
vicia ⁊ vanitates ſacerdotū ⁊ clericoꝝ ꝙ peiꝰ
loqunt de ipis q̄ꝫ de iudeis ex coꝝ mala vita.
vos ſacerdotes receſſiſtis de via ⁊ ſcādalizaſtꝭ
plimos i lege. Irritū feciſtꝭ pactū leui:dic dñs
exercituū. Propt qd ⁊ ego dedi vos ꝯtēptibi
les ⁊ hūiles oibus pplis. Malach.ij. Ecce rō
q̄re btūs marcꝰ lꝫ hrēt clarā ſciam:ſctām vitā
⁊ bonā famā:tn̄ nō reputabat ſe dignū ſacer-
dotem ex hūilitate. Iō abſtulit ſibi pollicē.ſꝫ
deꝰ ꝓuidit ꝙ btūs petrus vocauit euꝫ volens
eū oꝛdinare ad ſacerdoteꝫ ⁊ epm alexandrie.
Rn̄dit. Pr. nō ē poſſibile:oñdit ſibi pollicis
defectū. Sꝫ beatꝰ petrus oꝛauit ⁊ curatꝰ eſt:⁊
factus eſt ſacerdos ⁊ eps alexandrie. Ideo
Lu.xviij. Oīs q ſe hūiliat exaltabit. ¶ Tertiū
magnū bonū beati marci fuit deuotio de ſan
ctitate q eſt qn̄ hō in oibus q facit ⁊ dicit dat
gliam ⁊ honoꝛē deo. Multa bona opa ꝑdū
tur:qꝛ mlti neſciunt dare honoꝛē deo:ſed dāt
honoꝛeꝫ ſuis operibus. Uerbigratia. Quare
facitis filiū ſacerdotē vt viuat delicate ⁊ in ge
te hic deficit deuotio ſanctitat:ſꝫ ſi facit filiuꝫ
ſacerdotē vt oꝛet ꝓ vobis ⁊ deus ex eo laudet
⁊ glificet. Ideꝫ ſi facitꝭ filiū religioſuꝫ vt ſit ab
bas vel mgr in theologia:vel eps. Idē de re-
miſſione iniuriaruꝫ amoꝛe hoium. Iſtud opꝰ
ꝑdit qꝛ in iudicio qn̄ xps dicet vobis. Ecce qd
ego feci ꝓ te:qd feciſti tu ꝓ me. Si tu vis dice
re. Domine ego remiſi moꝛtē patris ⁊c. Di-
cet xps:amoꝛe cuius regis. Reſpondeas pro

amore talis vel talis dñi qui me rogabat ⁊c. Et xps. Ideo vadas ad eũ vt det tibi padiſuȝ q̃ hēbit ſatiſfacere vt hēat p ſe ipo. Sȝ qñ remiſſio fit p amore ⁊ honore dei tūc ē deuotio ſctitatis. Jō aplſ. Regi ſeculoꝝ imortali inuiſibili ſoli deo honoꝛ ⁊ glia. pᷓia ad Thimo. i. Sic fecit btūs marcus q venit alexandriã vbi pdicando ⁊ miracula faciēdo cõuertit innũerabiles hoīes: ⁊ fuit ſibi dictũ ꝙ rectores terre indignabant̃ ꝯ euȝ. Rñdit. nõ curo: exquo ego do honorē deo in oībus. Cũ aūt tibi iam multiplicatis frībus ⁊ eccłia ab eis cõſtructa miraclis choruſcaſſet: ⁊ ipſe cũ in feſto paſche ocurrēte tūc cũ feſto gētiliũ celebraret diuina ligato fune ad collũ ei⁹ traxerũt eũ p ciuitatē grās agētē. Deinde recluſo eo in carcere apparuit ei angelus primo: ⁊ ſcdo dñs ieſus xps ꝯfortans eum. Cum aūt in craſtino traherēt eum p ciuitatem vt prius: orauit dicendo. In manus tuas dñe cõmendo ſpm̃ meũ. Et tradidit ſpm̃. Cũ autē religas eius vellent comburere: tanta facta eſt tempeſtas ꝙ fugerũt gentiles. Et viri religioſi ſepeliert cõp⁹ ei⁹ qḋ poſt modũ apud venetias ē trāſlatũ. Igit̃ in oib⁹ honorificet de⁹ p ieſũ xp̄ȝ dñȝ nr̄ȝ cui ē glia ⁊ iperiũ i ſecla ſeculoꝝ Amē. prima Petri. iiij.

¶ De ſctō Petro martyre. Sermo.

Coronabitur qui legitime certauerit. Verbũ iſtud hētur textualr̃. ij. ad Thimo. ij. Et recitatũ eſt ſtati in ep̃la hodierna. Hodie p totum mundũ in nr̄a religione pdicatoꝝ fit feſtum de btō Petro martyre. Et ſicut fit totũ feſtum de eo: ita erit ⁊ ſermo nr̄. Et habebimus multas bonas doctrinas ad inſtructionē ꝟtutũ ⁊ correctões pctōꝝ ⁊ ꝯſolationē aiarum nr̄arum. Salutet ergo maria primo ⁊c. Iſtud ꝟbum ꝓpoſitum pro themate ⁊ fundamento ſermonis hȝ talē itellectũ. Ille coronabit̃ in celiſ corona glīe q legitime certauerit in h⁹ mūdo p victoriam. Amore veſtri ego q̃ſiui q̃t bella hēm⁹ in hoc mūdo, p qb⁹ hēndo victoriã coronemur in celo. Ecce quõ mũ erit bona. Et iueni ꝙ in hoc mūdo p hñdo victoriã hēm⁹ qnqȝ bella: in qbus vincētib⁹ a deo daṫ corona glie in padiſo

¶ Primo hēm⁹ bellare ꝯ nr̄aȝ itelligētiã de q̃ hēmus victoriam p ſimplicē credentiam.

¶ Scdo hēmus bellũ ꝯ nr̄am voluntateȝ de q̃ hēmus victoriam p humilē obedientiã.

¶ Tertio hēmus bellũ ꝯ nr̄aȝ carnē ⁊ de illo hēmus victoriam p purã abſtinentiã.

¶ Quarto hēmus bellũ ꝯ dyabolũ: ⁊ de illo hēmus victoriã p verum ſapiam.

¶ Quinto hēmus bellũ ꝯ mūdũ: de q̃ hēm⁹ victoriam p manſuetudinem ⁊ patientiam.

Qibus his modis fuit victoꝛ btūs petr⁹. Jō d eo ſingulariter dicit thema. Coronabit̃ qui legitime certauerit. ¶ Dico pmo ꝙ i h⁹ mũdo hēm⁹ pliũ ſatis forte. ſ. in nr̄a intelligentia nãli. Intellect⁹ nr̄ nãr q̃rit rõnē rei mirabiḷ ⁊ imēſe ⁊ trāſcēdent̃ dicēdo quõ eſt hoc poſſibile: ac ſi mõ diceret̃ ab aliq̃: nouerit̃ ꝙ ego vidi equos volare: ſtati intellectus cogitat ⁊ bellat di. Quõ eſt poſſibile hoc cũ non hēant alas. Ideȝ ſi dicat̃ ꝙ vltra mare ſunt hoies q hñt vnũ pedē ſolũ tã magnũ ꝙ tegunt ſe cuȝ eo ꝯ pluuiã ⁊ ſolē: ſtatim itellect⁹ q̃rit rõnem anteq̃ aſſentiat firmit̃. Jō ē regula phīe. Et ꝓpter hoc admirari ceperũt philoſophari. i. q̃ſtiones facere: maxime qñ videbãt eclypſim ſolis ⁊ lune, dicebãt q̃re eſt hoc: quõ ē poſſibile: ⁊ hmõi. Mõ nihil ē tã extraneũ ⁊ tã tranſcendens mirabile ꝙ ſecreta fidei xpiane. ſ. ꝙ ſũt tres pſone diſtincte: ⁊ ꝙ nõ ſit niſi vna eēntia ⁊ diuitias trũ pſonaꝝ: ſtati itellect⁹ bellat q̃rens rõnem. Sȝ vincit̃ p ſimplicē credentiã captiuãdo ⁊ ſubiugãdo eũ ad credēdũ illud qḋ dixit ille q nõ põt mentiri: nec decipe nec decipi: ⁊ ſui apl̄i pdicauerũt ⁊ eccl̄ia affirmat ⁊ ꝺterminat. De hoc triũpho meremur coronã in celo. Idē de xp̄i icarnatiõe: fuit vnq̃ aliqd ita extraneũ mirabile ⁊ inauditũ: q̃ ꝙ de⁹ fact⁹ ſit hõ: plus ē q̃ ꝙ ſol fuiſſet fact⁹ lapis vl celũ lutũ: magis ē mirabile ꝙ de⁹ iſinit⁹ fuerit fact⁹ hõ in vtero vni⁹ puelle: ſtatim itellectus q̃rit rõneȝ. Sȝ hr̃ victoria dicēdo. Credo dñe ſimplr̃ exquo voſ dixiſtis ⁊ apl̄i pdicauerũt: ⁊ ita hr̃ in euãgelijs: ⁊ eccl̄ia determinat. Idē de ſacro altaris ꝙ ex verbis hui⁹ ſacerdotis forte pctōris celũ aperiat̃ ⁊ xps deſcēdit i hoſtia ⁊ etiam in multis hoſtijs: vt vox mea in vr̄is auribus. ⁊ cum diuiditur hoſtia nõn diuidit̃ xps: ſed totus integer manet in qualibet particula: vt ymago in ſpeculo eſt in qualibet ei⁹ pte. Statim intellect⁹ querit quõ eſt hoc poſſibile: ⁊ quõ ſtat xps in hoſtia ſedendo vel iacendo: ⁊ hmõi: ſȝ victoria hr̃ per ſimplicē credentiam. Dñe ego credo ſimplr̃ exq̃ vos ordinaſtis ⁊ eccl̄ia tenet: ⁊ tot miraculis eſt cõfirmatum. Iſta eſt victoria ex qua meremur coronam in celo: ſic ſubiugando ⁊ captiuando intellectũ nr̄m. De hoc dicit apl̄s. Deſtruētes oēm altitudinē extollentē ſe aduerſus ſciam dei: ⁊ in captiuitatē redigentes omnē intellectum in obſequm xp̄i. ij. ad Cor. x. Ex tali vi-



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ctoria ſubiugando intellectū ad credendum
daẗ corona a deo in celo. nō vni⁹ regni corru-
ptibil' q̄ hodie hẗ ꝛ cras ꝑdiẗ: ſed daẗ corona
glīe duodecim ſtellaꝝ. vt dẗ de v̄gine maria.
Apoc. xxij. Mulier amicta ſole: ꝛ luna ſub pe
dib⁹ ei⁹: ꝛ in capite ei⁹ corona ſtellaꝝ duode-
cim. Moraliẗ dici pōt de q̄libet xp̄iano hn̄te
triumphū ꝑ itellectū ꝑ ſimplicē credentiam.
Iſta mulier ē aīa xp̄iana amicta ſole. i. xp̄o ꝑ
ſimplicē credētiā. Et lūa. i. ſcīe ph̄ie ſub pedi-
bus ei⁹: nō curādo in his q̄ fidei ſūt de rōnib⁹
In capite ei⁹ corona ſtellaꝝ duodeci. i. duode
cim articloꝝ fidei ſm ꝙ fuerẗ duodeci apl̄i. q
articli cōtinenẗ in Credo. Dicaẗ. Ecce h̄ duo
deciꝫ v̄itates tāq̄ꝫ duodeci ſtelle. Eēt pulchra
corona regine in q̄ eēt ſtella matutīa. pulchri
or eſt corona q̄ daẗ aīe que h̄ēt victoriā de in-
tellectu ſuo. De qua dicit apl̄s. Bonū certa-
men certaui: curſum ꝯſūmaui: fidē ſuaui: i re-
liquo ſupple ſeculo repoſita eſt mihi corona
ij. Thimo. iiij. In iſto bello h̄uit triūphū bea-
tus Petr⁹ martyr q fuit lombardus de ciui-
tate v̄ona. vbi erāt multi heretici ꝛ infideles:
ꝛ ei⁹ ꝑentes oēs fuerunt infideles. inter quos
exiuit beatus Petr⁹ vt roſa iter ſpinas. Qui
cum eſſet puer q̄nqꜫ vel ſex annoꝝ: veniens de
ſchola in quadā platea obuiauit auūculo ſuo
īfideli. Et q̄renti vnde veniret. Rn̄dit puer ꝙ
de ſchola. Interrogat⁹ quid didiciſſet: rn̄dit.
Credo in deū p̄rem ꝛc. Auūculus aūt rep̄hē-
dens eū dixit. Et qs docuit te hoc mō: credas
q2 nō eſt ita. Rn̄dit puer. Ita docuit me ma-
giſter: ꝛ hẗ ita in carta mea: ꝛ ita ego credo.
Et auunculus voluit eum ꝑcutere: ſꝫ erat ſibi
dictum ꝙ non faceret: ſꝫ faceret ſibi aliquam
rōnē ꝯ dcā pueri: q̄ ſtati puer eēt vict⁹ Et fecit
ſibi rōnes de ph̄ia: q̄s puer ānihilauit. ꝓ quo
auunculus indignat⁹ ꝑcuſſit eū di. O petrine
ꝛ mecū ꝯtendiſ vos. Rn̄dit puer. In iſta fide
volo viuere ꝛ mori. Et tūc recepit fidē in tātā
firmitatē: ꝙ ꝯſiderabat ꝛ orabat mori ꝓ fide.
Qn̄ videbat corp⁹ xp̄i ſicut alij dicūt. Adora
multe dn̄e ꝛc. ip̄e dicebat. Utinā dn̄e moriar
ꝓ te ꝛ ꝓ fide tua vt tu dn̄e mortuus es ꝓ me.
Un̄ cū ſemel ſoci⁹ q̄reret ab eo ſcire orōnem
quā faciebat i eleuatiōe corporis xp̄i. dixit ſibi
iſtā q̄ nō placuit ſibi. Fiat ergo rō. Si vincēti
bus itellectū ꝓpriū ꝑ ſimplicē credētiā daẗ co
rona. Et petr⁹ h̄uit victoriā. ḡo coronabiẗ q le
gitime certauerit. Moraliẗ h̄ēẗ hic exēplū vt
addiſcat Credo i deū. nll'us p̄t ſe excuſare. Si
cut. n. addiſciẗ cātiōes ita ꝛ ſymbolū addiſcē
poteſtis. ꝛ dicē eū q̄libet mane ꝛ ſero cuꝫ ꝓte
ſtatione. ſic lucrabiẗ corona. Bn̄dictus erit
q hoc ꝯſiliū tenuerit. ¶ Scdm ꝑliū eſt ꝯ volū
tatē ꝓpriā. Sup oēs creaturas hō h̄ēt hoc ꝙ
hꝫ liberꝫ arbitriū ad volēdū ꝛ deſiderādū q̄c-
q̄d vult. Auctas. De⁹ ab initio ꝯſtituit hoīem
ꝛ reliq̄t eū in manu ꝯſilij ſui. Gloſa. in liberta
te arbitrij. Eccl̄i. xv. Uictoria hẗ ꝑ h̄uilē obe-
dientiā. ſ. ꝯ liberꝫ arbitriū obediēdo deo Uer
bigrā. Si volūtas te inclinat ad ſupbiā pom-
pā ꝛ vanitateꝫ: ꝛ de⁹ p̄cipit humilitatē: dicas.
Dn̄e lꝫ incliner ad ſupbiam: tn̄ dn̄e q2 vos p̄ci
pitiſ h̄ūilitatē: potius volo vobis obedire q̄ ꝓ
prie volūtati. Idē de auaricia: luxuria: ira: gu
la: iuidia ꝛ accidia. Ecce quō hẗ victoria ꝑ hu
milē obedientiā: q̄ſi dicēdo vt xp̄s dixit in no
cte paſſiōis. Non mea ſꝫ tua voluntas fiat. Ex
iſto triūpho meremur coronā ꝑadiſi. Auctas
Hoc āt hꝫ ꝓ certo oīs q colit te: q2 vita ei⁹ ſi in
ꝓbatiōe fuerit coronabiẗ. Thobie. iij. In iſto
bello. b. petr⁹ h̄uit victoriā. Poſtq̄ꝫ. n. h̄uit vi
ctoriā de itellectu ꝑ ſimplicē credentiā: volu-
it hr̄e victoriā de volūtate ꝑ humilē obedien
tiā: nō ſolū obediēdo p̄ceptis quib⁹ oēs tene
mur obedire: ſed et̄ ꝯſilijs euāgelicis. Idō itra
uit noſtrū ordinē p̄dicatoꝝ poſtq̄ꝫ ſe recogno
uit dixit. O q̄ꝫ malū eſt ſtare iter ſerpentes ꝛ
beſtias venenoſas ꝛ ſine licētia ꝑentū receſſit
ad mōaſteriū p̄dicatoꝝ q2 tūc icipiebat ordo
nr̄. Et dicūt aliq ꝙ adhuc viuebat btūs dn̄ic⁹
Dicēs p̄ori quō erat natus ꝛ nutritus inẗ in-
fideles q non credunt articulis fidei: ſꝫ deus
fecit ſibi grām: q2 non fuit ab eis deceptus. ꝓ
pter quod volo intrare ordinem vr̄ꝫ: q p̄redi
cat fidē xp̄i. De q̄ p̄or ꝛ oēſ frēs fuerūt gauiſi:
q2 erat puer iam famoſus: ꝛ receperūt eū. In
q̄ ordine obediuit nō ſolū p̄ceptiſ dei: ſꝫ etiam
ꝯſilijs. Seruauit. n. ibi obedientiam generalē
continentiam angelicā: ꝛ ꝑpetatē aplicam.
Non oportebat hr̄e claues ſicut mō: q2 nihil
h̄ēbat in cella: vt lucrareẗ meritum paupꝑtatis
aplice. Item ſeruauit cerimonias religiōis in
cibo ꝛ potu: in ieiunijs: in habitu: ꝛ ſilentio in
inclinationib⁹ ꝛ in alijs. ita ꝙ ſua vita nō erat
niſi exemplū religionis. Et q2 ſic humiliabat
ſe ad obediendū non ſolū deo: ſꝫ hoībus pro-
pter deuꝫ: de⁹ etiā obediebat ei in miraculis.
Nota de blaſphemo heretico quē rep̄hendit
q2 ita dꝫ fieri. Cū ille non corrigeret ſe: immo
forti⁹ blaſphemabat: petr⁹ orabat vt deus au-
ferret ſibi v̄bū ex q̄ ita male vtebaẗ eo ꝛ ſubito
effectus eſt mutus. Ecce quō de⁹ facit volun
tatem illorū q faciūt voluntatē dei. Si qs dei
cultor eſt ꝛ volūtatē ei⁹ facit: hūc de⁹ exaudit.

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Ioā.ix.Ecce quō habuit victoriā de volūta-
te ꝑ hūilē obedientiā.ergo coronabit q legi
time certauerit ⁊c.Moralr habetis hic exē-
plū obediēdi ꝓceptis dei:⁊ cauēdi a blaſphe
mijs:qꝛ ex iſto ꝓcōueniūt ſiccitates ⁊ mortali
tates ⁊ fames.De blaſphematoribꝰ dī:debēt
fieri punitio .ſ.vt ꝑderēt liguā.Et ſꝫ rectores
nō faciāt:deꝰ faciet.qꝛ morient ſine ꝯfeſſione
⁊ ſine teſtamēto.Oēs maledicti erūt q ꝯtem
pſerūt te:⁊ ꝯdēnati erūt oēs q blaſphemauerūt
te.Thob.xiij.¶Tertiū bellū eſt ꝯ ꝓpriā car-
nē.Ecce quō ſequit ꝑ ordinē.Primū bellum
eſt ꝯ itellectū.Scdꝫ ꝯ volūtatē diuinā.Terti
um ꝯ carnē.de qua hēmꝰ victoriā ꝑ purā cō
tinētiā.Qū hō hēt etatē diſcernēdi:caro ꝯſur
git ꝯ ipꝫ q vellet ꝯtēplari caro aūt vellet i dele
ctatiōibꝰ ⁊ luto luxurie volutari vt porcꝰ.Ca
ro cōcupiſcit aduerſus ſpm:ſpūs āt aduerſus
carnē.ad Gal.v.Sꝫ vicit ꝑ purā ꝯtinētiā vel
purā pniaꝫ hūiliādo carnē afflictiōibꝰ.ſic.n.
equꝰ cui auferf ānona ſtat ſimplr.ita de equo
corpis auferendo delectationes ſibi placitas
abſtinēdo a cibo ⁊ potu:ſolū recipiēdo neceſ
ſitatē.Sꝫ illis q nimis curāt de corpe accidit
vt dño q nimis curat de ſuo eq:qa ꝓijcit eum
in luto.Teneat corpꝰ ſub freno tēpantie ⁊ vi
uetis in pace.Ex hoc triūpho meret hō co-
ronā in celo.Auctas.O q̄ pulchra eſt caſta
gn̄atio cū charitate.Immortalis ē.n. memo
ria illiꝰ:qꝛ apud deū nota ē ⁊ apud hoīes.⁊ ſe
quit.In ꝑpetuū coronata triūphat.Sap.iiij.
Nota cū charitate.Aliq̄ ſūt caſti ſꝫ nō cū cha
ritate:ſꝫ ex neceſſitate.Verbigrā.Sūt multi
religioſi vel clerici qui ſolo timore ꝑdēdi ho
norem ꝯ famā viuūt caſte.Sꝫ hūt iſtud deſi
deriū ſi poſſet fieri ſecrete facerēt:talis caſti
tas nō eſt pulchra ⁊ cū charitate:qꝛ nō amo
re dei:ſꝫ timore ꝑiculi fit.Idē de mult mulie-
ribꝰ caſtis ſolo timore.ſꝫ ſi ſecrete poſſent:da
rent ſe luxurijs ⁊ imundicijs.tales corāꝫ deo
ſūt meretrices.Iſtā hūit btūs petrus martyr
qui cū magnis abſtinētijs ⁊ afflictionibus ⁊
aſpitatibꝰ vite ſꝑ ꝯſeruauit ꝟginitatē:vt papa
teſtat in ſua canonizatiōe:teſtimonio ꝯfeſſoꝝ
Nunq̄.n.i corde deſiderauit illud opꝰ.ſed ſi
forte i ſomnijs.hoc nō ē culpa ⁊c.Fuit.n.pu
rus vt puer qnqꝫ annoꝝ:pp hoc deꝰ faciebat
ſibi grāꝫ:qꝛ qū tāgebat ifirmos ſtatī curabāt
illumiabat cecos:curabat ſurdos:mutos ⁊c.
Tantā grāꝫ hēbat ex ſua ꝟginitate ꝙ ēt eius
veſtes curabāt ifirmos.⁊ poſſumꝰ dicē de eo.
Lu.vi.Oīs turba q̄rebat eū tāgere.qꝛ ꝟtus
de illo exibat ⁊ ſanabat oēs.Pꝫ victoria q̄
hūit ꝯ carnē.Ergo coronabit q legitime cer
tauerit.Moralr habetis hic exēplū viuendi
caſte.¶Multi.n.deficiūt in illo ꝓlio ⁊ vicunt.
Dicat iuxta auditores ⁊c.Iō apls.Hec ē vo
lūtas dei ſctificatio vrā:vt abſtineatis vos a for
nicatiōe:⁊ ſciat vnuſqſqꝫ vas ſuū poſſidere in
ſanctificatione ⁊ honore.prima Theſſal.iiij.
¶Quartū bellū eſt ꝯ dyabolū q fortiꝰ bellat
ꝯ nos:nec ceſſat die ac nocte.Bellū itellectꝰ
volūtatis ⁊ carnis ceſſat aliq̄tiēs:ſꝫ bellū dyabo
li nō ceſſat.Iō petrus apls.Frēs:ſobrij eſto-
te ⁊ vigilate:qꝛ aduerſarius vr dyabolꝰ tanq̄
leo rugiēs circuit q̄rēs quē deuoret.i.Pet.v.
Vincit aūt ꝑ verā ſapiaꝫ duplr.Aliq.n.vicūt
dyabolū expellētes eū a ſe.n̄ ſolū a ſe ſꝫ ēt ab
alijs ꝑ ꝟaꝫ ſapiāꝫ:⁊ iſta ē melior victoria.Sic
miles q diligēt cuſtodit caſtrū ſibi cōmiſſum
a rege.bn̄ facit.q ꝟo cuſtodit caſtrū ⁊ cuꝫ hꝰ
acqrit regi pplꝫ ſua ſapia ⁊ aſtutia:meret ma
iꝰ ſalariū.Ita ſi ille q ꝓdicat cuſtodit caſtrū ꝑ-
ſone ſue ꝑ bonā vitā:tal meret coronā.Sꝫ ſi
ꝑ ſapiaꝫ dīne ꝓdicatōis acqrit regi xp̄o caſtra
inimicoꝝ qū ꝓdicādo ꝯuertit ſupbū q erat ca
ſtrū dyaboli ꝑ ſupbiā vel ꝑ auariciaꝫ ⁊ ſic de
alijs.tal meliꝰ meret coronā.Auctas.Paſci
te q in vobis ē:gregē dei.ꝓuidētes nō coacte
ſꝫ ſpōtanee ſꝫ deū neqꝫ turpis lucri grā:ſꝫ vo
lūtarie:⁊ cū appuerit ꝓnceps paſtoꝝ imarceſ
ſibilē ꝑcipiet glīe coronā.i.Pet.v.Iſtaꝫ vi
ctoriā hūit btūs petrꝰ.Qū.n.fuit magnꝰ ⁊ cu
ſtodiuit theologiā incepit ꝓdicare.O q̄t ca-
ſtra acquiſiuit xp̄o.Primo.n.ipe cuſtodiuit
caſtrū corpis ſui.Dic papa ꝙ nūq̄ peccauit
mortalr:ſꝫ in grā baptiſmali ꝯſeruauit ſe:euꝫ
ꝯtinue augmētādo.Deide ꝓdicādo ſapiam
dei.Quot ſupbi fuerūt ꝯuerſi ⁊ fecerūt pniaꝫ:
⁊ ſunt mō in ꝑadiſo ex ſua ꝓdicatiōe.Itē q̄t
auari ⁊ vſurarij.Itē q̄t luxurioſi ⁊ ꝯcubinarij
quot guloſi.quot iracūdi qui remittebāt ini-
micis ⁊ faciebāt pacē.quot ifideles ⁊ hereti
ci ꝯuerſi ſunt.Si ergo ꝑ verā ſapiaꝫ quis ꝯſe
quit coronā quid dicemꝰ de btō petro.Coro
nabit ⁊c.Dicat hic de nube adducta ꝯ eſtuꝫ
ſolis mirabilr pp ppli ꝯſolatiōeꝫ.Moraliter
habetis hic exēplū docēdi filios:ſuitores:⁊ an
cillas vrās:qꝛ qū hō docet alios illud bonuꝫ
qd hō ſcit:hō acquirit coronā.Auctas.Re-
ctorē te poſuerūt noli extolli:eſto in illis q̄ſi
vnꝰ ex illis.Curā illoꝝ habe:⁊ ſic cōſidera ⁊
oī cura tua explicita recūbe vt leteris ꝓpter
illos:⁊ ornamentum grē accipias coronam.
Eccſia.xxxij.¶Quintū bellū ē ꝯ iſtū mundū
tpalem qui bellat ꝯtra nos infirmitatibꝰ pau



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

pertatibus:ſiccitatibus:tribulatõib⁹:⁊ aduerſitatib⁹: Jdõ dic̃ xp̃s. In mũdo p̄ſſuras habebitis:ſ; ↄfidite ego vici mũdũ. Joh.xvi. Uincit aũt iſte mũd⁹ p̱ firmã patientiã dicendo. Dñe vos poſſetis me iuuare: ſed exq̃ vobis placet ꝙ patiar:patienter recipio. Ex hoc hõ meret coronã. Apoca.ij. Eſto fidelis vſq; ad mortẽ ⁊ dabo tibi coronã vite. Iſtã victoriã hũit btũs petr⁹. Dicat cũ eẽt īquiſitor ⁊ diſputaret ↄ hereticos:nec ſibi poterãt rñdere: heretici tractauerũt ei⁹ mortẽ. Fuit.n.vẽditus vt xp̃s:vt dñi iret p̱ viã occideret. Nota eius martyriũ ⁊ quõ pluit ſanguis de arborib⁹ illius nemoris vbi fuit occiſus:⁊ celũ fuit viſũ aptũ:⁊ xp̃s cũ v̓gine maria reſpiciẽtes ī celo btũ petrũ. Jlla terra vbi fuit occiſus hũit magnã v̓tutẽ ad curãdũ īfirmitates. Fuit ſepult⁹ honorifice:⁊ lãpades accẽdebant: lu͂ie de celo deſcẽdẽte. Jdõ cantat. Ad ſcti petri tumulũ frequẽs lux deſcẽdit:in cui⁹ laudis titulũ lãpades accẽdit. Miracula q̃ fecit ī terra ⁊ in mari ⁊ in mulierib⁹ p̱ filijs habẽdis infinita ſunt. Pʒ g° quõ btũs petrus hũit victoriam de intellectu p̱ ſimplicẽ credẽtiã. de voluntate p̱ humilẽ obediẽtiã. de carne p̱ nitidã ↄtinẽtiã. de dyabolo p̱ verã ſapiam de mũdo p̱ firmã patientiã. Ergo btũs vir q̃ ſuffert tẽptationẽ:qm̃ cũ p̱bat⁹ fuerit accipiet coronã vite quã repromiſit de⁹ diligẽtib⁹ ſe. Jacobi.i.

¶ De ſcõ philippo ⁊ Jacobo aplis. Sermo.

[illegible]ai per paſſionem ſuam: ⁊ aperuit nobis ianuam celi per baptiſmum. Reſtat ergo vt nos vadamus per bona opa: qꝛ exquo capt⁹ eſt ſolut⁹ a vinculis ⁊ ꝑcium ſolutionis eſt ſolutum reſtat vt captiuus vadat. Jdeo ait dd. Jbunt de virtute in virtutẽ: videbit̃ ds deorũ in ſyon. Sꝫ qd facit accidia. Jlla facit hoiem ſtare in vno loco: imo facit redire retro. Qñ n. hõ incipit hẽre diſcretionez ⁊ cognoſcit ſe: tunc hõ incipit ambulare. Modo dicatis mihi q̃tum ambulaſtis ⁊c. Dñe ego ſuz ꝑciſe ſicut fui añ decem annos: ⁊ vtinã nõ peioꝛ. Si n. nauis ſtaret. xx. annis in vno loco nõ faciẽdo viã oẽs mirarent̃. Jta oẽs nos tranſfretamus ad celuz: ⁊ quot anni ſunt ꝙ incepim⁹ ⁊ ſtamus in vno loco: imo redim⁹ retro. Quia in via dei nõ ꝓgredi retrogredi ẽ: ait Bern. Verbigra. Si q̃rat̃ a religioſo: q̃t ãnos hẽtis in oꝛdine. x. vel. xx. ⁊c. Et nouici⁹ erã deuotus ſꝫ mõ nihil. Jdẽ de clericis qui in p° ãno ſunt deuoti ⁊c̃. Jdẽ de laicis: ſi q̃rat̃. mõ ſunt. x. ãni eratis deuot⁹ ita paꝝ. ⁊ mõ nihil. Ecce ꝑditio tp̃is. Bñdict⁹ eſt qui põt dicẽ. mõ ſum deuotioꝛ q̃ heri. ⁊ ſi placet deo cras ⁊c. Cõtra iſtã [ꝑd]itionẽ dicit ſcriptura. N[os a]ũ nõ ſim⁹ ſubtractionis filij in ꝑditionez: ſꝫ fidei in acq̃ſitione aie. Heb. x. No. ꝙ ocioſitatẽ vocat ſubtractionẽ. Subtractio eſt qñ de bona vita incepta ⁊ de oꝛonib⁹ hõ dimittit mõ vnũ mõ aliud di. O nimis eſſet totiẽs ieiunare vel tot oꝛones dicere. ⁊ ſic de ſilib⁹. Jõ dicit nos nõ ſim⁹ ⁊c̃. Ab iſta ꝑditione ſe cuſtodiuit ⁊ liberauit btã Cecilia. Si. n. vultis ſcire in quo expendebat tp̃us: dicã vobis. Dicat̃ quõ doꝛmiebat ſeparata cũ domicellis in vna camera: ⁊ ſponſus in alia ⁊ ſurgebat in media nocte. ſm illud Dd. Media nocte ſurgebam ⁊c. E. vſq̃ ad aurorã ipſa expẽdebat illud tp̃us. P° in deuota oꝛone. Scdo in euãgelica lectione. 3° in deuota ꝯtemplatione. Jn auroꝛa aũt audiebat miſſam deuote ⁊ cũ ſilentio. ⁊ poſt ꝑabat carnes vel legumina pꝛo xp̃ianis capt̃ a tyrãnis ⁊c. ⁊ ꝯfoꝛtabat eos in coꝛꝑe ⁊ in aia: ⁊ circa meridiem tota feſta ipa pꝛandebat: nõ carnes ⁊c. Poſt dicebat veſꝑas: ⁊ poſt hoc ibat ad ꝑdicandũ infidelib⁹ ciuitatis: intm̃ ꝙ vna ꝯuertit cccc. ĩfideles ad fidẽ xp̃i. qualibet dñica ꝯfitebat̃ ⁊ cõicabat. iuxta antiquã cõſuetudinem. Ecce quõ in opib⁹ mie expendebat tp̃us. non erat ocioſa. Moꝛaliter hẽtis hic exẽplũ oꝛandi quolꝫ mane ⁊ ſero recipe certã oꝛationẽ ⁊ ꝯtinuare: dicẽdo deuote genib⁹ flexis ac ſi videretis deũ: ſignãdo vos p°: deinde dicere credo ⁊c̃. ⁊ ds erit vobiſcum in oibus negocijs. Et ſi in quolibet die nõ poteſtis audire miſſaz in auroꝛa vt antiquitus. ad min⁹ tñ omni die dñica audiatis miſſam cõpletã ⁊ cuz ſilentio ⁊c. Et ſi in qualibet dñica nõ poteſtis cõicare ad min⁹ in paſcha cõicetis. Jtaq̃ frẽs mei dilecti ſtabiles eſtote ⁊ imobiles abundãtes in omni ope dñi ſemꝑ ſciẽtes ꝙ laboꝛ veſter nõ eſt inanis in dño. i. Coꝛ. xv. ¶ Quarta ꝑditio eſt auari. credũt. n. amare pecuniã vel pecunias cõgregando ⁊ cuſtodiẽdo: ⁊ illud facit eos ꝑdere. De hoc dabo ſimilitudinez ad oculum de duob⁹ hoibus qui volunt ſe ad aliam ciuitatẽ trãſferre: ⁊ oibus venditis tenẽt pecuniã. Et eſt ſic ꝙ in via per quã hñt trãſire ſunt latrones qui depdant̃ eos. Et dicũt: quid faciemus de pecunia poꝛtanda. Dicit vnus. Bonũ remediũ eſt per cambiuz. Dicit alter auarus: abſit: pecunia mea ibit mecũ: nõ ſeparabo me: ⁊ finaliter depdat̃ ⁊ moꝛit̃ fame. Alter vero recepto in cambio lr̃a vixit lete poſt ⁊ epulabat̃. Jta in ꝓpoſito. Oẽs nos opꝫ tranſferre ad aliã ciuitatẽ. Non hẽmus hic manẽtem ciuitatẽ. ad Heb. xiij. Jn trãſitu autẽ eſt paſſus periculoſus plenus latronibus in quo oẽs depꝛedant̃: pape: reges: cardinales. ⁊c. ſ. in paſſu moꝛtis. Sed qd facit pꝛudens ponit certe in mẽſa nũmularioꝝ que ſunt man⁹ pauperꝝ: ibi ponit pecuniã ſuã aſſecuratam per regem xp̃m. Ecce clauſula. Da pauꝑibus ⁊ habebis theſauꝝ in celo. Matth. xix. Jõ ꝑſone miſericoꝛdes q̃ hic faciũt largas elemoſynas dando veſtes: bladũ: vinũ ⁊c̃. dant ⁊ ponunt in menſa cambij: ⁊ in paradiſo inueniẽt ſecuritatem. Aia poꝛtat lr̃am cambij in frõte ſcriptaz. Sꝫ dicit auarus. Non dꝫ hõ ſe ſpoliare qd non poſſet tenere ſtatum di. Ego dimittaz in teſtamento ⁊c̃. O ſtulte ⁊ neſcis paſſuz periculoſum. Videt̃ ergo vobis ſi auaricia facit ꝑdere pecuniã. Añ ait ſcriptura. Perde pecuniaz ꝑꝑ frẽm ⁊ amicũ: ⁊ non abſcõdas illã ſub lapide in ꝑditionẽ. Eccĩ. xxix. No. ꝑde pecuniã. Aliqui qñ dant elemoſynaz credunt ꝙ illud perdat̃: ſꝫ talis ꝑditio bona eſt. Etiaz qñ ſeminat̃ vr̃ perdere grana: ſꝫ bona ꝑditio eſt ⁊ fructuoſa. Jõ dic̃ ꝑdere ⁊c̃. Et nõ abſcõdas illã ſub lapide duro auaricie in ꝑditionẽ. Jdeo btã Cecilia qñ incepit ꝑſecutio ꝯ xp̃ianos cogitauit ſe cito moꝛiturã. Jõ anteq̃ veniſſet ad paſſuz ꝑiculoſuz fecit cambiuz ⁊ poſuit in menſa. i. in manib⁹ paupeꝝ pecuniam. Vocatis domicellis ſuis quas nutriuerat ad ſeruitiũ dei: illis que voluerũt viuere in ṽgini

QQQ

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

tate dimiſit aliquid vt poſſent viuere etiā cū
laboribus eaꝝ ne eſſent ocioſe. Aliā pecuniā
vero dedit viduis: orphanis ⁊ captiuis: ⁊ ſola
domū ſibi retinuit. Jō Urbanꝰ papa dixit de
ea. Cecilia famula tua dn̄e q̄ſi apis argumē-
toſa tibi deſeruit: recipiēs flores ab exemplis
ſctōꝝ patrū: ⁊ faciens fructꝰ ſctitatꝭ. Moralr
imitemini eā qꝛ de certo quicqd retinetis in
paſſu erit depdatū: ergo de quo viuetꝭ in alio
mūdo. Si. n. pro iſta mā modica ⁊ miſerabili
vita ⁊ incerta tm̄ laboratis. Nūqd pro illa vi
ta btā ppetua ⁊c. Mittatis ergo ibi aliqd vn̄
viuatꝭ. Un̄ xps. Bti miſicordes qm̄ ipſi miaꝫ
ꝯſequentꝭ. Mat. v. ¶ Quinta pditio eſt glie
ex incōſtātia: ⁊ eſt qn̄ hō incipit bonā ⁊ ſctām
vitā vel in religiōe vel in ſacerdotio vel i mrī-
monio: hō vadit ad padiſuꝫ recta via. Sꝫ ſi il
la bōa vita dimittitꝭ pditꝭ glia. Dicatꝭ ſīſitudo
de curſoribꝰ incipientibꝰ ardenter currere ad
brauiū pp ſpinas dimittūt curſum ⁊ aliȷ̄ pce-
dunt ⁊ lucrantꝭ. Ita accidit multꝭ. O quot ſūt
religioſi q ardēter inceperūt currere ad xpm
q in capite curſus tenēt coronā. ⁊ aiando cla
mat di. Uenite ad me oēs q laboratis ⁊ one-
rati eſtis ⁊ ego reficiā vos. Mat. xi. Sꝫ capet-
tis de ſpinis. Spine ſunt deriſiōes ⁊ truffe q̄s
mali faciūt de bonis ⁊ deuotis. Si vō ille ti-
mens diceret. O miſer ⁊ oēs truffantꝭ de me
⁊ dimittit bonā vitā ⁊ pdit ſic coronā glorie.
Aliȷ̄ aūt plurimi hoīes dimittūt pp modicaꝫ
infirmitatē capitꝭ vel ſtomachi: vel tēptatōes
dyaboli vel occaſiōes mūdi dicētes: O miſer
ego nō ꝯſueui iſta hēre. Jō dimittit bonā vi-
tam ⁊c. Ue his qui pdiderūt ſuſtinētiā: ⁊ qui
dereliquerūt vias rectas ⁊ diuerterūt in vias
prauas. Et qd faciēt cū inſpicē cepit dn̄e. ſ. in
iudicio pticulari vel gn̄ali. Eccle. ij. Sꝫ btā ce
cilia in vita ſctā ⁊ virtuoſa quā icepit ꝯtinua-
bat de bono in meliꝰ vſqꝫ in finē: ⁊ tūc habuit
coronā per martyriū. Poſtq̄. n. pſes occidit
ſponſuꝫ ſuū vocauit eā querēs de ſua pditiōe.
Que rn̄dit di. Stulte q̄ris: qꝛ vel q̄ris de ꝯdi
tiōe ſpūali: de iſta dico qꝫ ſuꝫ xpiana. vel q̄ris
de carnali: de iſta dico qꝫ ſuꝫ nobilis. Si dica
tur: q̄re rn̄dit cū iiuria: qꝛ ipſe erat luxurioſus
⁊ timuit. Ideo ꝓuocauit ipm ad irā: qꝛ tunc
amor ꝯuertitꝭ. Et ait iudex. Tu es ſortilega ⁊
deceptrix: qꝛ puertꝭ corda gētiū: vt pꝫ in viro
tuo: qui mortuꝰ ē q adorauit hoiem crucifixuꝫ
Rn̄dit ipſa. Nō ſuꝫ deceptrix: ſꝫ opꝰ eſt ſpūſ
ſctī. Tunc iudex dedit ſniam vt cōbureretꝭ vt
deceptrix: ſꝫ vt penā hēret fecit eā poni in bal
neo ſicco ⁊ ignito: in quo ſtetit per vnaꝫ diē ⁊
noctē: ⁊ orauit dicēs: qꝫ pata erat mori: ſꝫ vel-
let priꝰ diſtribuere domū ſuaꝫ: ⁊ exaudita fuit
a dn̄o: ⁊ nō fuit in balneo mortua. Et erat ma
gna rō: qꝛ ignis luxurie illud corpꝰ nō cōbuſ-
ſit. Jō nec ignis mālis. Ex hoc miraculo mul
ti ꝯuertebantꝭ. Tūc iudex pcepit eā decapita-
ri: q̄ ter pcuſſa nō fuit mortua: ⁊ erat lex roma
noꝝ qꝫ in decapitatione nō darentꝭ vltra tres
ictus. Tūc amici receperūt eā dicētes: qd eſt
hoc. Que ait. Triduanas a dn̄o popoſci idu
cias vt domū meam dn̄o eccleſiam conſecra
reꝫ. Quo facto expirauit: ⁊ fuit coronata. Jō
eius exemplo continuate in bona vita.

¶ Sermo beati Clementis.

q Uiſpuras ē fidelis ⁊ pru-
dēs. Hēt ōbuꝫ
iſtud textualitꝭ. Mat. xxiiij. ⁊ officit
aliter in euā. hodierno. Sic offiñ ⁊
ſolēnitas pn̄tis diei eſt vniꝰ glioſi ⁊ mirabilis
martyris. b. Clemētis. Ita ēt erit ſmo nr̄. Et
hēbimus multas bonas doctrinas ſpeculati
uas ad illuminationē intellectuū: ⁊ morales
ad correctionē vicioꝝ ⁊ informationē btutū
Sed pᵒ ſaln. virgo Maria ⁊c. Uerbū ꝓpoſi
tuꝫ ſm intellec[illegible] ꝑē volo ptractare indigē
declaratione. Pro qua eſt ſciēdū qꝫ regula ⁊
doctrina vniuerſalis in theologia eſt qꝫ deus
dat ⁊ diſtribuit gliaꝫ celeſtē padiſi ſm bonaꝫ
vitā quā hō tenuit in hoc mūdo: qꝛ quāto pſo
na fuit melioris vite in hoc mūdo: tāto hꝫ ma
iorē gliaꝫ in alio. Rō huiꝰ: nō credatꝭ qꝫ veni
at ex aliqua obligatiōe necīa ex pte dei: qꝛ de
nō obligatꝭ creature: ſꝫ ex gratioſa ⁊ volunta-
ria ꝓmiſſione ſua: qꝛ ita ipſe ꝓmiſit. De hoc
dabo vobis vnā ſimilitudinē quā ipſe tangit.
Si. n. aliqs dn̄s hēt captiuos qui ſeruiūt ſibi:
obligatꝭ dn̄s dare ſalariū captiuis pro ſuitio:
vel dare eis hereditatē ſuā: certū eſt qꝫ nō: ga
taꝫ ex debito captiui tenentꝭ ſuire dn̄o ſuo: ſed
ſi dn̄s pie ⁊ gratioſe ꝓmiſit captiuis dare ſala
riū pro quolibet ope: tūc tenetꝭ nō ex obligati
one neceſſaria: ſꝫ ex obligatiōe volūtaria. Ita
eſt de nobis. Certū eſt qꝫ oēs ſumꝰ ſui ⁊ capti
ui xpi. Auctas. Empti eſtis precio magno. i.
Cho. vi. Preciū fuit ſāguis xpi. Auctas. Nō
corruptibilibꝰ auro vel argēto redēpti eſtis ď
vana vr̄a ꝯuerſatione pr̄ne traditionis ſꝫ pci
oſo ſanguine agni imaculati ieſu xpi. i. Pe. i.
Ex quo ēpti ſumꝰ: captiui ſumꝰ. Honor eſt eē
captiuū tāti dn̄i cui neceſſaria ꝑtioſa ꝓmiſſio
Si aūt vellet: dicēt. Et nūqd eſtis mei captiui
ſuuiſtis mihi: feciſtis qd debuiſtis: alr poſuiſ
ſeꝫ vos i carcē iſerni. Ecce ď ꝑ Auctas. Nūqd

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

gr... vꝫ ſeruo illi:q̄a fecit q̄ue ei ipetrauerat nō puto. Sic ꝛ vos cū feceritꝭ oia que ꝓcepta ſūt vob: dicite. Fui iutiles ſum⁹: qđ debuimus facē fecim⁹. Lu. xvij. Hic tāgit xp̄s gcq̄d vob dixi: ſꝫ ex ſua pijſſima ordinatiōe volūtaria ꝛ gratioſa nō vult ꝙ ſine ſalario ſuiam⁹ ſibi: i mo ꝓ q̄libet bono ope quantūcunqꝫ modico amoꝛ ſui facto vult dare ſalariū. Et quāto ſūt melioꝛa ꝛ maioꝛa tāto dat mai⁹ ſalariū. Ecce auctas. Notari⁹ fuit btūs Mattheus de tota exceptiōe. Fili⁹ hois vētur⁹ eſt in glia patris ſui cū angelis ſuis: ꝛ tūc reddet vnicuiqꝫ ſm opa ei⁹. Mat. xvi. Ecce vñ venit retributio. Cū g° btūs Clemēs martyr glioſus in h° mū do fecerit multa opa virtuoſa ꝛ meritoꝛia: ꝛ fuiuit i vita aplica: ideo poſſum⁹ cogitare ꝙ habuit magnā remunerationē i ꝑadiſo. De h° q̄rit thē. qđ eſt iterrogatio admiratiua de maxio ꝑmio glie bti clemētis ꝑꝑ egregia me rita vite ſue. Quiſputas mō ē in glia fidelis ꝛ prudens ex predicta regula. Beatus Clemens qui in hoc mundo fuit xp̄i fidelis ſeruus ꝛ prudens. patet thema. Thema tangit tres magnas virtutes ꝛ excellentias.

¶ Prima eſt credulitas di..alis: q̄ꝛ fidelis.

¶ Secūda hūilitas cordialis: q̄ꝛ ſeruus.

¶ Tertia ſagacitas ₒ̄tualis: q̄ꝛ prudēs.

Jō admiratiue dicit thēa. Quiſputas ē fidelis ꝛ prudēs. ¶ Dico p̄io ꝙ btūs Clemens habuit credulitatē dinalē: q̄ꝛ fidelis. Jlle dr̄ fidelis deo qui firmit̄ credit ₒ̄itates fidei per deū incarnatū reuelatas ſm ꝙ fides xp̄iana tenet ꝛ confitet̄: vt beat⁹ Cleme.. Jo. quali ter venit ad ıſta credulitatē. Dicit hyſtoꝛia ꝙ tpe apl̄oꝛū btūs Clemens erat in roma que tūc floꝛebat: filius magni dn̄i: ſꝫ nūqꝫ viderat parentes ſuos. de qb⁹ audiebat multa a narrantib⁹: ꝛ deſiderabat eos videre: ꝛ deſiderabat ſcire ſi erat alia vita: vel ſi qñ moꝛiebatur coꝛp⁹: ꝛ aia: ꝛ qñ cōcludebat̄ ꝑs negatiua recedebat triſtis. qñ āt aliq̄ argumēto iſolubili cōcludebat̄ ꝑs affirmatiua: ꝙ. ſ. erat alia vita in q̄ aie viuebāt: erat multum let⁹ dicens: O adhuc videbo parētes meos. Ad practicam tūc tp̄is in roma erāt qnqꝫ ſchole p..c..ales ſ. tres ph̄oꝝ: ꝛ due theologoꝝ. Jn ſcholis legum non curat̄ de imoꝛtalitate aie. De ſcholis theologoꝛum habetur Act̄. xvij.

¶ Prima ſchola erat epycurioꝛum.

¶ Secunda ſtoycoꝛum

¶ Tertia peripatheticoꝛum

¶ Quarta erat iudeoꝛum

¶ Quinta erat chꝛiſtianoꝛum.

¶ Pꝛia ergo ſchola erat epycurioꝝ: dcā ab eoꝝ mgr̄o vocato epycuro: iſti tenebāt ꝙ felicitas hois ꝯſiſtit in delectatōib⁹ carnis. ſ. comedere: bibē: doꝛmire: luxuriā facē. Jſti non credebāt aliā vitā. Et ſumebāt fundamentuꝫ ab aucte illi⁹ magni ph̄i Salomonis qui i libro eccl̄iaſtes dic̄. Dixi in coꝛde meo d̄ filijs hoiuꝫ: vt ꝓbaret eos de⁹ ꝛ oñderet ſiles eſſe beſtijs. Jccirco vn⁹ interit⁹ ē hois ꝛ iumētoꝝ ꝛ vtriuſqꝫ equa cōditio. Sicut moꝛit̄ hō: ſic ꝛ illa moꝛiuntur. Silr̄ ſpirant oia: ꝛ nihil habet hō ampli⁹ iumēto. Cūcta ſubiacēt vanitati: ꝛ oia pergūt ad vnū locū. De terra facta ſunt ꝛ in terrā pariter reuertūt̄. Quis nouit ſi ſpūs filioꝛū adā aſcendebat ſurſum: ꝛ ſi ſpiritus moꝛtuoꝛū deſcēdat deoꝛſum. Et deprehendi nihil eſſe meli⁹ q̄ȝ letare hoiem in ope ſuo: ꝛ hāc eſſe ꝑtē illi⁹. Eccl̄s. iij. Foꝛtis auctoritas eſt niſi bñ intelligat̄: ꝛ multi errāt. Hoc veꝝ eſt ꝙ Salomō dicit iſtā auctoꝛitatē. Sꝫ ipſemet in dicto libꝛo declarat q̄uo intelligit dicēs i multis locis dicti libꝛi. Uidi cūcta q̄ ſunt ſub ſole. aia aūt rōnalis non fit ſub ſole ₒ̄tute ſolis: nec influentiarū nature vt anime iumētoꝝ: q̄ꝛ nō effect⁹ ſolis nec celi ꝛc. ſed fit ſupꝛa ſolē. ſ. ₒ̄tute dei qui eā creat ꝛc. Salomon aūt ſolū loquit̄ de ſenſualitate: ꝛ de his que habēt eſſe ſub ſole. Et iſte eſt intellectus verus dicte auctoꝛitatis. Btūs aūt Clemēs audiēs opinionē illoꝝ triſtis̄ ꝓcedebat. ¶ Secūda ſchola erat ſtoycoꝛū q̄ totā felicitatem humanā ponebant in honeſtate ₒ̄tuali. Jſti erant aliqualiter melioꝛes: viuebant diſcrete iuſte ꝛ prudēter temperate ꝛ foꝛtiter ꝯtra inclinationes carnis. Sed aliqui eoꝛū dicebāt ꝙ anima moꝛiebatur cuꝫ coꝛpoꝛe ſimul. ꝛ cōſequenter ꝙ tota felicitas erat in hoc mundo viuendo virtuoſe moꝛaliter ꝛ bene. Decipiebantur enim in hoc: quia quando aliquis moꝛiebat̄. nō videbāt aliquid exire de coꝛꝑe homis. Sicut nec de coꝛꝑe beſtie quātūcūqꝫ obſeruarēt. Sꝫ ecce hic deceptio eoꝝ: q̄a aia q̄diu eſt in coꝛꝑe nō pōt videt̄ niſi coꝛpalia. Nō q̄a velū carnis ipedit. Uerbigr̄a. ſi ego tenerem vitreas rubeas ante oculos. gcquid viderem eſſet illius coloꝛis: quia iudicat ſm illud coloꝛeꝫ. Jdeꝫ ſi eēnt alteri⁹ coloꝛis. Jta eſt etiā de aia: q̄diu eſt in coꝛpoꝛe nō pōt videre niſi coꝛpoꝛalia: ſꝫ dimiſſa carne: ſtatiꝫ videt ſpūs angelos bonoꝫ ꝛ malos ꝛ animas: infernū: purgatoꝛiū celum ꝛc. Jdeo aplus. Uidemus nunc per ſpeculuꝫ ꝛ in enigmate. tunc autē facie ad faciē. pꝛima. Coꝝ. xiij. Ali



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

quí alij dicebāt qui erāt de illa ſchola:melius
eſt ꝙ ē alia vita vt Seneca.Dyogenes.Ari/
ſtoteles.⁊ multi alij.faciēdo iſtā rationē.Cer
tū ē ꝙ domin⁹ potēs ⁊ ſapiēs ⁊ iuſt⁹ ſuis bōis
ſuitoꝛib⁹ dat remūerationē malis aūt ſuitoꝛi
bus dat punitionē. Jō ⁊c̄.Cuꝫ ergo boni in
hoc mūdo nō remunerentur:imo multi boni
habēt hic multas miſerias ⁊ deſolatiōes :nec
mali puniant̄:imo habēt hic ml̄tas cōſolatio
nes.Ergo dicebāt ipſi oꝫ dicere ꝙ ē alia vita i
q̄ boni p̄mient̄:⁊ mali puniant̄:qn̄ btūs Cle/
mēs audiebat iſta cōſolabat̄:ſperās vidē pa/
rētes.¶Tertia ſchola erat peripatheticoꝝ q
ponebāt felicitatē humanā in veritate intelle
ctuali. De iſta erat Ariſtoteles.Plato.So/
crates.Anaxagoras ⁊c̄.q ſꝑ ſtudebāt ad co/
gnoſcēdū veritatē.Iſti tenebāt ꝙ erat alia vi
ta in q̄ aie viuebāt faciēdo vnā rōnē quā tan
git phs in libro de aīa.ſ.ꝙ ſubſtātia ſpūalis q̄
lis eſt aīa rōnalis nō accepit eſſe ſuū nec viuē
nec durationē a re corꝑali:imo ipa cōicat rei
corꝑali eſſe ⁊ viuere:⁊ cū aīa rōnalis ſit ſubſtā
tia ſpūalis :ꝑ itellectū eleuat̄ ſup oīa corꝑalia
⁊ nihil recipit a corꝑe:imo dat eſſe corꝑi.Aie
aūt iumētoꝝ recipiūt ſuū eſſe a corpoꝛib⁹.[illegible]
moꝛiētib⁹ corꝑib⁹ deſinūt eſſe:ſꝫ non ſic de aīa
rōnali. Iſta rō cōſolabatur multum btm̄ Cle
mētē qꝛ iſti erāt maioꝛes phi : ſꝫ nō erāt xpi/
ani.¶Quarta ſchola erat iudeoꝝ in q̄ inue/
nit duas opiniōes ſm ꝙ due erāt ſecte iudeo
rū.ſ.ſaduceoꝝ ⁊ phariſeoꝛuꝫ.Saducei nō cre
debāt aliā vitā dicētes:ꝙ moyſes nō fuit locu
tus de alia vita ꝓmittēte gl̄iaꝫ bonis ⁊ penā
mal̄ : ſꝫ oēs ꝓmiſſiones ſunt in hac vita.in ſi/
gnū ꝙ nō eſt alia vita.Sꝫ errabant in hoc qꝛ
lex moyſi ſolū fuit oꝛdinata ad finē regis.meſ
ſie q fuit finis ⁊ termin⁹ illi⁹ legis.Jō nihil ꝓ
mittebat in alio mundo.qꝛ hoc ſpectabat ad
meſſiaꝫ.Jō moyſes nō fuit locut⁹ de alio mun
do Mirū eſt ꝙ moyſes fuit locut⁹ de creatōe
iumētorū ⁊ nihil dixit de creatiōe angeloꝛuꝫ.
Rō.qꝛ loq̄bat̄ pplo rudi cōfidēs ꝙ rex meſſi
as declararet ea que ſunt alterius mūdi.Ecce
q̄re ſaducei errabāt. Jō dixit xps.Erratis ne
ſciētes ſcripturas neqꝫ v̄tutem dei.Mar.xij.
Alia ſecta erat phariſeoꝝ.⁊ iſti credebāt aliā
vitā. ¶Quīta ſcola erat xpianoꝝ. Prim⁹ q
git theologiā in roma fuit beat⁹ Barnabas.
⁊ poſt legebāt ibi Petr⁹ ⁊ Paulus q clare di
cebant p̄dicabant ⁊ declarabant ꝙ eſt alia vi
ta in q̄ boni a deo p̄miant̄ : ⁊ mali puniunt̄ in
maximis toꝛmētis.O dicebat beat⁹ Clemēs
iſti bn̄ dicūt.ſꝫ male ꝓbant.Et illi.Nos ꝓba
m⁹ expecta modicū. poſtꝗ̄ p̄dicauerūt de alia
vita in ſignuꝫ ꝓbationis ſuſcitabant aliqueꝫ
moꝛtuū eis poꝛtatuꝫ.facientes redire aiaꝫ de
alio mūdo.Ecce rō ⁊ argumētū iſolubile.Co
gitate quō beatus Clemens interrogabat ſu
ſcitatuꝫ vnde veniebat.⁊ q̄ in alio mundo vi
derat ⁊ illuminatus ex doctrina h⁹ ſcole cre
didit firmiter ⁊ baptizat⁹ eſt. Ecce quō beat⁹
clemens fidel̄ fuit ad credulitateꝫ diuinalem
qa fidelis.Et p̄t dici.Hic.ſ.rome iam q̄ritur
int̄ diſpenſatoꝛes vt fidelis qs inueniatur.i.
Coꝛ.iiij.Nota.inter diſpenſatoꝛes.ſ.phos q
diſpenſant ſcientiam.Moꝛaliter habemus
hic doctrinam.Exquo habemus certitudinē
infallibilem ꝙ eſt alia vita bonis glorioſa ⁊
mala doloꝛoſa inſtruimur vt hāc vitam reci/
piamus tanꝗ̄ viā ꝑ quam tranſeūt.Aliqui in
trant ꝑ poꝛtam natiuitatis.⁊ aliqui exeunt ꝑ
moꝛtis poꝛtam.Ubi ſunt hoīes ⁊ mulieres q
erant mō ſunt mille āni ⁊c̄.ꝗ̄ bn̄ ergo debem⁹
nos h̄ p̄parare.Jō dicit ſcriptura.Juſtoꝛum
anime in manu dei ſunt :⁊ non tāget illos toꝛ
mentum malicie ſue moꝛtis.Uiſi ſunt oculis
inſipientium moꝛi:illi aūt ſunt in pace.Sap.
iij.Ergo ſtulte [illegible] eſſe incredulus ſed fidel[illegible]
Johis.xx.¶Dico ſecundo ꝙ beat⁹ Clemens
habuit humilitatem coꝛdialeꝫ.qꝛ ſeruus:hoc
nomē ſeruus eſt nomen humilitatis. Uultis
cognoſcere ſuaꝫ humilitatē ſciendum ꝙ poſt
ꝗ̄ Petrus apoſtolus p̄dicauit circa.xxviij.
annos poſt xpi aſcenſionem deus reuelauit ſi
bi moꝛteꝫ.[illegible]ui ꝯgre[illegible]tis xpianis in roma di
xit.Certus [illegible]m ꝙ velox eſt depoſitio taberna
culi mei ſecunduꝫ ꝙ ⁊ dn̄s nr̄ ieſus xps ſigni
ficauit mihi.ij.Pe.i.Jō velleꝫ tenere moduꝫ
quē xps tenuit ante ſuā paſſionē q oꝛdinauit
de me ſucceſſoꝛe ſuo.ita volo ego facere noti
ficabo vobis quem reputo ad h⁹ ſufficienteꝫ
⁊ noīauit btm̄ Clementē ꝓpter eminentiam
ſapie.⁊ potētie ad faciendū miracula.Et be
atus clemens totus humilis cepit ſe totis vi
rib⁹ excuſare.Nō notate hic magnam ſcti
tatem beati Clementis.qꝛ qn̄ beat⁹ petrus di
xit iſta verba adhuc viuebant aliq apl̄i.vt be
atus Johes ⁊ Jacobus minoꝛ.⁊ multi diſci
puloꝛum vt Lucas ⁊c̄.⁊ nullū nominauit niſi
btm̄ Clementem.in q̄ ꝯcludit̄ maxima ſctitas
vite ⁊ excellentia bti clementis ſꝫ ipſe excuſa
uit ſe hūiliter.magis voluit eſſe ſeru⁹ ꝗ̄ dn̄s
iuxta conſiliuꝫ xpi.Quicūqꝫ voluerit int̄ vos
maioꝛ fieri ſit veſter miniſter.Et quicūqꝫ vo
luerit inter vos pꝛimus eſſe erit veſter ſeruus
Sicut filius hoīs non venit miniſtrari ſꝫ mi

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ſiſtiuare ⁊ dare aiam ſuam in redemptiões ꝑ
multis. Mat. xx. Mortuo igiť btõ petro. xpia
ni plati ⁊ epi ꝯgregauerunt ſe ad eligendum
Et licet nondũ noiarenť hoc noie cardinales
iam tunc habebant officiuꝫ. Et vnus ꝓpoſuit
quõ vicarius xpi beatꝰ Petrus obierat ⁊ ec-
cleſia erat ſine paſtore ⁊ capite. ⁊ iõ eligerent
aliũ. Dixit alius. Cũ beatus petrus iaꝫ nob
declarauit ⁊ noiauit ſucceſſorẽ ſuum ſanctum
Clementem. iõ ꝑ cõem ſpirationẽ eligamus
eũ. Beatꝰ aũt clemens volens hoc impedire
ſurrexit dicens. Dñi verũ eſt ꝙ beatus petrꝰ
me nominauit. ſed non me fecit papaꝫ nec ex
pedit eccľie aliquo modo ꝙ ego ſum. Nõ ga
ſi ex noiatione bti petri vos me eligitis intra
bit conſuetudo in eccleſia dei ꝙ papa anteꝙ̃
moriatur eliget ſibi ſucceſſoreꝫ. ⁊ paulatiꝫ ve
niet corruptio ꝙ fiet ꝑ ſucceſſorẽ carnaleꝫ qꝛ
papa eliget ⁊ noiabit nepotẽ ſuum vel filiuꝫ
Jõ rñderũt oẽs. Bñ dicit. ⁊ fuit determinatũ
ꝙ nõ eligeretur ſꝫ ꝙ eligerẽt Linũ quẽ beatꝰ
Petrꝰ non noiauerat. Itẽ mortuo Lino con
gregati ſunt ad eligendũ etiã clementeꝫ. q vi
cit eadẽ ratione. ⁊ eligerunt Cletuꝫ: quo mor
tuo cõgregati ad electionẽ elegerũt clemẽteꝫ
dicẽdo. Pro certo expedit ſatiſfacẽ volũtati
bti petri nec valuit excuſatio. qꝛ iaꝫ duo trãſi-
uerant. ⁊ factus fuit papa. Si modo tantum
facerent ſe rogare non eſſet vnꝙ̃ ſciſma in ec
cleſia potiꝰ eligebatur vt eſſet omnium ſeruꝰ
ꝙ̃ pontifex ſummus. bene tenebat conſilium
xpi di. Quarto magnus es in [illegible]entia vel po
tentia: ſanctitate ⁊c̃. humilia te i[illegible]ibꝰ. Eccleſi.
iij. Moraľr inſtruũtur h clerici ⁊ laici. clerici
ne curẽt de platõe. Nõ quare mõ ingeruntſe
oẽs. qꝛ ñ cõſiderãt ꝑiculuꝫ nec onꝰ vt ãliq ſcti
ſꝫ honorẽ ⁊ redditꝰ. Oppoſitũ de antiqs ſan
ctis qꝛ dicit ſcriptura. Judiciũ durīſſimũ i his
q pſunt fiet. Exiguo eniꝫ conceditť mia. potẽs
aũt potenť tormẽta patienť ⁊c̃. Sap. vi. Nota
iudiciũ duriſſimuꝫ fiet eis de corꝑe. durius de
operibꝰ ꝑſonalibus. duriſſimum de oibus ſue
dyoceſis. Item laici etiaꝫ hñt hic doctrinam
Mõ qlibet ſe ꝓmouet ad hñdũ regimen cõi
taťt. ⁊ ſunt multi q neſciũt regẽ ſuam [illegible]nam
nec domũ ſuã. ⁊ tñ volũt regere cõitatẽ totaꝫ
cũ tñ eſſꝫ fugẽdũ. ſꝫ nõ ꝯſiderat onꝰ nec ꝑicu-
lũ ſꝫ honorẽ: qꝛ oẽs dicẽt ei dñe ⁊ vadũt ad in
fernuꝫ. Jõ vt btũs Clemens hũiliami ſub po
tẽti manu dei vt vos exaltet in tꝑe viſitatõis
⁊c. i. Pe. v. ¶ Dico tertio ꝙ hũit ſagacitatẽ
ꝟtualẽ. qꝛ prudẽs. Nã prudẽtia ſm phm. vi.
ethicoꝝ. ſtat i ordinãdo cõueniẽter res idebi
tũ fineꝫ. Patronꝰ ſiue nauta dť prudẽs q nõ
obſtante fortuna maris ⁊ ꝯdictione vẽtorum
ducit nauẽ ad portũ ad quẽ tẽdit. Sic etiã &
nobis finis nř ꝓpť quẽ finaliť ſumꝰ creati eſt
hře eternã gľiam taliť gᵒ debemus vitã nřaꝫ
gubernare vt ad illaꝫ ꝑueniamꝰ nõ obſtãtibꝰ
iclinatiõibꝰ carnis occaſiõibꝰ mũdi. ⁊ tẽptatio
nibꝰ dyaboli. Vñ ordinãtibꝰ res ad ſeipos ad
burſam vľ domũ dĩ. Ve q ſapiẽtes eſtis in o-
culis vřis. ⁊ corã vobmetipſis prudẽtes. Iſa.
v. Diciť cognoſcitꝫ talẽ qd vob videť. dicũt ⁊
quõ ẽ prudẽs ſciuit ꝯgregare. Ego vidi pñeꝫ
ſuũ nihil hñtẽ ⁊c. Nota quõ beatꝰ clemẽs vi
tã ⁊ doctrinam ſuã ⁊ mortẽ etiã ordinauit in
gľam dei. Nota eiꝰ exiliũ ⁊ paſſionem ꝓ xpo
Ecce qliter ſciuit nauigare tenẽs ꝯſilium bti
petri dicẽtis. Omiuꝫ aũt finis appropiquabit
Eſtote itaꝗ prudẽtes ⁊ vigilate in orõnibus
añ oia aũt mutuã in vobiſmetipſis charitatẽ
ꝯtinuaꝫ hñtes. Qꝛ charitas operit multitudi
neꝫ peccatoꝝ. prima. Pe. iiij. Moraľr inſtruĩ
mur h vt ordinemꝰ vitam noſtram ⁊ opera.
quia neſcimus diem neꝗ horam.

¶ De ſancta Katherina virgine ⁊ martyre.

P Rofert de theſauro ſuo no
ua ⁊ vetera. Math.
xiij. Secũdũ ꝙ tota ſolẽnitas hodi
erna ⁊ officiuꝫ eſt btẽ katherine. ita
erit ⁊ ſmo. Et hẽbimꝰ magnas ſpeculatiões i
tellectuales. ⁊ bonas iſtructiões morales. Sa
luteť priꝰ vgo maria ⁊c̃. Pro declaratiõe vbi
⁊ itroductõe materie pdicande ſciẽdũ ꝙ xps
volens dare modũ ⁊ doctrinã diſcipulis ſuis
quõ deberẽt pdicare ꝑ mũduꝫ ⁊ diſputare de
dit eis talẽ regulã. Omis ſcriba doctꝰ i regno
celorũ ſilis eſt hõi pñfamilias q ꝓfert de the
ſauro ſuo noua ⁊ vetera. Math. xiij. Scriba
eſt nomẽ equocũ. qꝛ dť vel ex officio ſcribẽdi
vel a notitia ſcripture. Et i iſto mõ ſumitur h
Omis ſcriba doctꝰ ⁊c̃. Regnuꝫ celorum dť ſcri
ptura ſctã. Nõ ſic ei celũ empyreũ ꝯtiet ſecre
ta fidei q̃ nos credimꝰ ꝓut deꝰ nob reuelauit
⁊ ad extra videmꝰ ſolẽ lunam ⁊ ſtellas. ſꝫ non
videamꝰ ſecreta interiora. ſ. intellectꝰ allego
ricales ⁊ figurales tropologicales ⁊ moraleſ
anagogicales ⁊ ſuꝑnaturales iſti non videnť
Jõ dť celum. Auct. Siľe eſt regnuꝫ celorum
theſauro abſcondito i agro. quẽ q inuenit hõ
abſcõdit ⁊c̃. Math. xiij. Ager ẽ ſctã ſcptura.
Laboratores iſtius agri fuerẽt ſcti apľi. marty
res. ꝯfeſſores ⁊c̃. Infra cuiꝰ theſauꝝ ẽ ſecretũ
diuine cognitionis quem q iuenit abſcõdit. ſ.
in corde. ⁊ emit agrũ illũ. vendendo oia q̃ hꝫ



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

vel dimittendo vt teneat vitā apl'icā. qꝛ aliter
iſte theſaurꝰ ſacre ſcripture nō pt hri. Jō vide
tur hoc in religioſis. qꝛ qñ ſūt paupes pdicāt
gratiſſime. qñ ṽo abūdant pdūt grām. Jō oꝫ
vendere oīa. nolle aliqd de mundo vt hō poſ
ſit emere theſaurū ſacre ſcripture. Jō dicit. oīs
ſcriba doctꝰ i regno celoꝝ. i. in ſacra ſcriptura.
ſilis eſt homini prifamilias: genitiui caſus eſt
numeri ſingularis ſm grecam declinationem
Quis eſt iſte prfamilias niſi xp̄s q ē pr vl'is.
Aliq dñr patres pticulares. vt genitoꝛ vel cō-
feſſoꝛ vl' ēt patronꝰ. ſꝫ pater vl'is eſt xp̄s q creat
aīam ꝛ foꝛmat coꝛpꝰ baptizat: ꝛ audit ꝯfeſſio-
nem gñalem. Prēm. ſ. vl'em nolite vocare vo
bis ſup terrā. Unus eſt. n. pater vr q in celis ē
ꝛc. Mat. xxiij. Huic pri pdicatoꝛ dꝫ eſſe ſimi-
lis. ſ. pdicando doctrinas noui ꝛ veteris teſta
menti. Lꝫ vetus teſtm̄ non obliget nos. tamē
oīa ſunt figura noui teſtamēti. Oīa. n. in figu
ra ꝯtingebant illis. i. Coꝛ. x. Et can. vij. loquit
ſpūſſctūs xp̄o hoi. Oīa poma. i. auctoꝛitates
ꝛ doctrinas. noua ꝛ vetera dilecte mi ſuaui ti
bi. Sicut ergo xp̄us in ſuis predicationibus ꝛ
diſputationibus cū iudeis ſuauit regulam. qꝛ
cuꝫ doctrinis noui teſtamenti. Jta oīa ſcrib[illegible]
doctus. Jam regulam tenuit beata kath[illegible]ina
que fuit in magnis ꝛ ſubtilibus diſputationi-
bus ꝛ predicatiōibus ꝛ cum auctoꝛibus noui
ꝛ veteris teſtamen[illegible] Jdeo de ea dicit. pꝛofert
de theſauro. Jn[illegible]io q beata katherina fuit
in magnis ꝛ ſtrictis tribꝰ diſputationibꝰ. ꝛ in
omnibus deus dedit ſibi victoꝛiam.

Prima fuit domeſtica ſecrete
Secunda fuit philoſophica facunde
Tertia fuit tyrannica terribiliter

Sed ipſa cū auctātibꝰ noui ꝛ veteris teſtamē
ti habuit victoꝛiā ꝛc. Jō dicit pfert de theſau
ro ſuo noua ꝛ vetera. ¶ Dico pmo ꝛc. Pꝛio
eni diſputauit cuꝫ matre ſua. Scdo cuꝫ qdam
ſctō heremita. Tertio cū ṽgine Maria. Et btā
Katherina habuit quattuoꝛ excellētias. Pri
ma nobilitas gñis. qꝛ filia regis Cip. Scda ē
pulchꝛitudo maxia coꝛpoꝛis. Tertia eſt ſapiē
tia itellectꝰ. qꝛ pr voluit vt addiſceret artes li
berales. in qbꝰ tm̄ pfecit q nullus audebat cū
ea diſputare. hēbat. n. itellectū valde clarum.
Quarta qꝛ erat ditiſſima. qꝛ cū eſſet. xviij. āno
rum obijt eiꝰ pr. ꝛ ipſa remāſit heres. Et ex iſtꝭ
qttuoꝛ fama ſua extendebat p oꝛbē. intm̄ q fi
lius impatoꝛis rome voluit eā in vxoꝛeꝫ ꝛ mi
ſit nūcios ſup hꝰ ad mrēꝫ. de qbꝰ fuit mr mltū
gauiſa qꝛ mūdana erat qꝛ filia ſua eēt impera
trix. Et nūciauit filie. Que rñdit. Mr mea pla

cet mihi p bono cōi regni mei hre virū vt dicꝭ
tis. Sed ſicut dicitꝭ fama eſt de pꝛudētia mea.
iō nullo mō ducā virū niſi pꝛius eū videaꝫ: qꝛ
ſocietas viri ꝛ vxoꝛis nō eſt vnius diei: ſed ad
ſemp. Et mr replicauit. Et nūqd eſt licitū vos
ire romam vel ipm̄ huc venire ad videndum.
Abſit Jō rñdit mri. Mater vos ſcitis q ml-
ti ſunt defectuoſi. qꝛ ſunt fatui vel infirmi. Jō
nunqꝫ ducā viꝝ niſi videā pꝛiꝰ. Et mr. Nunqꝫ
fuit q mulier reſpiciat viruꝫ. Rñdit. Ubi eēt
ſapia mea. Sapia dat vt hō ſciat ſe regē ꝛ gu-
bernare. Nā nullus emit aliqd in ſacco. Et ait
mr. Filia qd gꝰ rñdebimꝰ impatoꝛi. qles excu
ſatiōes. Rñdit. ſic vobis placuerit qꝛ ego nul
lo mō ꝯſentirem. Ecce diſputatio domeſtica.
Mr ṽo anxia cogitauit vt p qndā ſcm̄ here
mitā eā ad mrimoniū iduceret. pp qd btā Ka
therina ꝛ hēmita locuti ſūt. Dixit. n. ſibi here-
mita. Audiui q filiꝰ impatoꝛis vult vos i vxo
rē hꝰ erit magnū bonū nō ſolū vobis ſꝫ regno
vr̄o. Rñdit. Sicut dixi mri mee ita etiā dico
vobis q placet mihi mrimoniuꝫ ſed oꝫ me vi
dere viꝝ quē recipiam. alr non faciam. Tunc
ſctūs heremita a deo inſpiratus cogitauit tra
ctare illud matr[illegible]oniū. Nā tunc btā kat[illegible]
na erat ifidelis. Et heremita dixit ſibi quo[illegible]
ſuiebat vni dño n[illegible]biliſſimo q dr xp̄s ieſus. q ē
tāte potētie: ſapie ꝛ pulchꝛitudis q ſol ꝛ luna
mirant. ꝫ mrem ṽginē ꝛc. Velletꝭ iſtū in ſpō
ſum. Rñdit btā Katheria q pꝛio vellet eū vi-
dē. Tūc d[illegible]t hēmita. Ergo iſta nocte doꝛmiatꝭ
ſola in ca[illegible] vr̄a ſine cameraria ꝛc. ꝛ oꝛabitꝭ
genibus fle[illegible]di. Uirgo maria ex vr̄a mia oñ
datis mihi [illegible] vr̄m. Et ego ex alia pte roga
bo vt vobis oñdat. Et ipa iā tota philocapta de
ieſu receſſit ab heremita expectās noctē cum
deſiderio ꝛ oꝛnauit camerā ſuā lꝫ camera filie
regis ſp ſit oꝛnata. ꝛ accēdit cereoſ: ꝛ poſuit ſe
in oſone ꝛc. Rogādo ṽginē vt oſtēderet ſibi
filiū quē tātū heremita ſibi laudauerat. Dica
tur qño ṽgo ſibi cū imēſo lumie apparuit: an-
gelis ꝛ ṽginibꝰ aſſociata. Cogitate dilectiō[illegible]
ꝛ admirationē btē Katherine: tota diſtract[illegible]
de tāta pulchꝛitudie. Ad quā ait ṽgo maria.
Qu[illegible]ocaſtis me: qd vultꝭ. Rñdit. vt oñda
tis mihi filiū vr̄m. Et ait ṽgo. Placet mihi. ꝛ
eleuato mātello oñdit ſibi filiū etatꝭ. xiiij. āno-
rū. vel. xv. di. Ecce vultꝭ eū. Tūc btā Katheria
tota ignita amoꝛe O bñdicta: nō ſū digꝭ vt ſiꝫ
eiꝰ ſponſa: ſꝫ ancilla ꝛc. Et ait virgo ad filium.
Et vos fili vultis eam. Rñdit. nō qꝛ turpis ē.
Et ſubito tota viſio diſparuit: ꝛ ipſa remanſit
tota deſolata de ṽbo xp̄i cum reputaretur pul

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

chrioꝛ de mundo. Et in craſtinū de mane iuit
ad heremitam narrās ſibi oīa p ordinem. Et
hēmita cepit q̄ſi ridē di. Ueritatē dixit vobis
Uos ei filia i corpe eſtꝭ pulchrioꝛ de mūdo: ſꝫ
nō in aīa. Sciatꝭ filia ꝙ aīa eſt facta ad ymagi
nē dei: qꝛ ē vna hñs tres potentias ſeu virtu
tes. ꝛ declarauit ſibi myſteriū trinitatis. Sed
qꝛ i vtero creata eſt recepit maculaꝫ. Sicut ſi
ymago imergeretꝭ i pelue de luto deturparetꝭ
ꝛ maculare tꝭ tota. Ita eſt aīa. Et cum aīa vr̃a
ſit adhuc maculata. Jō xp̄s q videt nō ſolum
corpus: ſꝫ aīaꝫ. ſꝫ gº dixit ꝙ eſtis turpis. ꝛ Ka-
theria. O pr̄: eſt aliq̄ medicia vt poſſē lauari.
Rn̄dit heremita. Ita: baptiſmus q a xp̄o ꝯ-
pi hec ē ordiatꝰ. Et iſtruxit eā i fide catholica:
ꝛ ipa regrēte baptiʒauit eā. Et dixit ſibi ꝙ ite
rū oraret i nocte ſeq̄nti: ꝛ faceret ſic i p̄cedēti
nocte. ꝛ ita fec. Et v̄go ſibi apparuit iterū vt p̄
us ꝛc̄. Et q̄n dixit v̄go filio. plꝫ vob. Rn̄dit:
ita. qꝛ mō ē pulchra. Tūc potuit ſibi dicē. To
ta pulchra es amica mea: tota pulchra es: ꝛ
macla nō ē in te. Cantꝭ. iiij. Tūc v̄go maria tra
didit ānulū btē katherie ꝛ deſpōſauit eā cū fi
lio ſuo. ecce h̄ victoria p̄me diſputationis: qa
[illegible] ſpōſa xp̄i. De nulla alia [illegible]tā legitꝭ ſic. Lꝫ
[illegible] v̄gines hōeſte. ꝛ oēs [illegible] ſctē ſint ſponſe
xp̄i. nō tñ [illegible] tali ſolēnitate vidēdo xp̄ꝫ. nec cū
ānulo. ꝛ poterat tūc dicē. b. Ka. hanc amaui ꝛ
exq̄ſiui a iuuētute mea ꝛ q̄ſiui ſpōſaꝫ mihi eaꝫ
aſſumē ꝛ amatoꝛ factꝰ ſū forme illiꝰ. Sap. viij.
Moralr̄ h̄ pro mulierib' cogitat[illegible] h̄ [illegible]ōnabi-
lit ꝙ v̄go Maria poſt[illegible] deſpōſ[illegible] [illegible]r eos dedit
ſpōſe filij ſu[illegible] doc[illegible]inā ꝛ modū [illegible]ō ſe guber
naret vocalr̄ vꝉ mentalr̄ vt ſibi [illegible]lacuit dans
ſibi q̄nq̄ꝫ doctrinas vt eēt digna venire ad nu
ptias glīe celeſtis. ꝛ ſe ꝯſeruaret i amore ſpon
ſi ſui. P̄ria ꝙ eēt hūilꝭ ſic ſpōſus ſp̄ voluit eē
hūilꝭ i hº mundo. iō filia mea foris deponatis
ornamenta vana coronas ꝛ iocalia monilia
ꝛ alia ꝛc̄. Quanto enim eritis humilioꝛ tanto
magis placebitis ſpōſo veſtro. Spōſus enim
veſter habet contrarias cōditiones dñoruꝫ ꝛ
hoiuꝫ mundanoꝛū. q in ſuis ſponſis volūt pō
pā ꝛc̄. Nō ſic filius meꝰ. Secunda ꝙ ſitꝭ miſe
ricores vt ſponſus vr̄ q ſp̄ fuit miſericoꝛs: dans
oīa aurū ꝛ argētū. nihil ſibi retinuit. ſic place
bitis ſibi. Tertia ꝙ caueatis a ſocietate mala
di. Noueritis filia mea ꝙ filiꝰ meus eſt valde
ʒelotipꝰ. qꝛ ſicut ſp̄ fuit v̄go ꝛ voluit naſci de
me v̄gine: diligit ſingulariter v̄gitatē: non cu
retis ducē ſpālē. nolite reſpicere hoies. qꝛ de
vno aſpectu poſſetis ifici. i curia vr̄a habeatis
hoies ꝛ mlieres ſenes. Quarta noueritis filia
ꝙ filiꝰ meꝰ fuit magne abſtinētie: tm̄ ſemel co
medebat in die. nō carnes ꝛc̄. Jō vos filia dī
mittatꝭ capones. p̄dices ꝛc̄. Nā v̄ginitas ſine
abſtinētia nō p̄t ꝯſeruari. Quinta ſponſus ve
ſter fuit ſp̄ diligens orando ꝛ p̄dicando. Ita
vos filia oretꝭ ꝛ legatis. nō i libris gētiliū pho
rū. ſꝫ i euāgelijs. ꝛ ſic ꝯſeruabitꝭ vos in amore
ſpōſi vr̄i. ꝛ i breui facie mꝰ nuptias i celo. Re
cte poterat dicē v̄go maria. Emuloꝛ eni vos
dei emulatione. Deſpōdi eni vos vni viro. ij.
ad Coꝛ. xi. Promitto vob ꝙ btā Katherina
optie ſuauit iſta cōſilia exq̄ ſciuit cōditiones
ſpōſi. Jō de ea poteſt intelligi illud. Mulier ī
nupta. ꝛ virgo cogitat q̄ dei ſunt vt ſit [illegible]ncta
corpe ꝛ ſpū. i. Coꝛ. vij. ¶ Secūda diſputatio
fuit philoſophica facūde. Dicatꝭ quō tūc tem
poris erat q̄dam ip̄atoꝛ maxencius noie. nō tñ
romanꝰ ſꝫ vltra mare occupauerat ſibi totum
mūdū. ꝛ morabatꝭ i ciuitate alexādrie. p̄ſeq̄ba
tur xp̄ianos vt adorarent ydola. vel ꝙ more
renꝭ. Qui i tēplo ſacrificabat ydolꝭ. Btā Ka
therina tota ardēs i amore ſponſi ſui acceſſit
ad eū. ꝛ itrepide dixit ip̄atori. Imperatoꝛ de
bona rōe debui tibi exhibere reuerētiā. ſꝫ nō
feci [illegible] nō facis reuerētiaꝫ creatori tuo qui eſt
i celo. ſꝫ adoras ydola i qbꝰ demones hītant
quō tu potes credē ꝙ illi ſint dij. cū nec ibi ſit
aliq̄d diuinitatꝭ. eleua oc[illegible]los tuos ꝛ cognoſce
ꝙ ille q creauit celuꝫ ꝛ ter[illegible] ē deꝰ ſolꝰ. Uide
ordinē ſolis. lūe. ꝛ ſtellarū i [illegible]ſpaco. Et ipſa
mirabiliter ſciebat iſtaꝫ artē: dicens. Cogita
p̄uidētiā diuinaꝫ q̄ toti mūndo p̄uidet: quō
gº potes adorare ydola q̄ arte hūana ſunt fa
cta. De hoc ip̄atoꝛ indignatꝰ cepit eā ꝛ incar
cerari iuſſit beatā katherinam. ꝛ voluit habē
ꝯſiliū q̄d eēt de ea fiendū. Et fuit ſibi dictum
quō erat ſapiētiſſima. ꝛ ſi p rōnē poſſet vinci
eſſet maioꝛ victoria q̄ ſi per toꝛmenta. ꝛ mul-
ti chriſtiāi ſeq̄rentꝭ eā. Et placuit ip̄atori. ꝛ mi
ſit p vniuerſas p̄uicias: ꝛ vocauit. l. rheto[illegible]es
in oī facultate acutiſſimos: neſciētes cauſam
coꝝ vocationis. Cū[illegible] ip̄atoꝛ dixiſſet eis ꝙ
erat v[illegible]na nobilis domicella: que dixerat ꝙ dij
nr̄i ſu[illegible]t demōes: ꝛ ꝙ nō eſt niſi vnꝰ deus crea
toꝛ celi ꝛ terre. Et lꝫ poſſem eā ſup̄are toꝛmē-
tis: ſꝫ magis volo vt p rōnē vincatꝭ. Jō p̄mit
to vob magna donaria ſi eandē rōnē ſup̄are
poteſtꝭ. Unꝰ āt coꝝ i ſup̄biā elatꝰ dixit. O ma
gnuꝫ: ip̄atoris ꝯſiliū vt hac de cā tot ſapiētiſſi
mos iuitaret. Et alter dixit. Ueniat puella qꝛ
q̄n videbit cognoſcet ꝙ nūq̄ vidit nec audi-
uit ſapientes niſi mō. h̄ eſt eni flos ſcie totius
mūdi ſeu orbis. Angelꝰ aūt dñi i nocte appa

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

fuit btē katherine ex pte ſponſi ſui ꝯfortãs eã:
⁊ reuelauit ſibi de diſputatiõe in craſtinũ fien
da. Tota ciuitas voluit intereſſe diſputationi.
Dicat quõ in craſtinũ ꝯuenerũt oēs rethores
in aula īpatoris. Et impator fecit venire btãm
katherinã in medio eoꝝ. Cũ aũt oēs tacerent
dixit impator. Quare nõ dicitis aliqd. Et vnꝰ
rethoꝝ dixit. Nos venimꝰ ad docẽdũ. Jdõ po-
nas ꝯcluſiões. Ad quã impator. Jllud qḋ du
dũ dixiſti de diijs dicas h̄ mõ rñdit. b. ka. Jm-
perator male ordinaſti belluz: tot ſapientes ꝯ
vnã puellã. ⁊ eis feciſti magnas ꝓmiſſiones ſi
me ſupent. ⁊ mihi nihil ꝓmittis. ſz nolo aliqd a
vobis ſz a dño ieſu xp̄o. Et ſtatim vnus rethor
ſupbe dixit. ecce de q̄ loquit. de q̄daz hoie cru
cifixo tradito ab vno diſcipulo ſuo. Nos ſpa-
bamus ꝙ diceret altiſſima de aſtrologia. Rñ
dit btã katherina. Ego incepi loq de illo q eſt
principiũ oium operũ qꝛ de priorib̄ꝰ prior eſt
ſpeculatio. Cũ ergo xp̄s ſit principiũ oiuz rex
idõ ⁊c. Et ph̄s cũ indignatione ⁊ ira voluit rñ-
dere. Sz dixit beata Ka. Non cum impetu ⁊
ira oz loqui. Jra enim impedit aium ne poſſit
diſcernere veꝝ. Et ph̄s ait impatori. Ecce dñe
qꝛ iã eſt in ꝯdictione qꝛ dicũt xp̄iani ꝙ ill[illegible] hõ
ieſus hũit principiũ in quadã muliere. q[illegible] eſt
principiũ oium reꝝ. Rñdit btã katherina. Di
co ꝙ dñs meꝰ ieſus [illegible] verꝰ vt aliij: natꝰ
de maria v̄gine ſ[illegible] ope ⁊ habuit ꝑncipiuz
eſſendi hoiem [illegible] tñ eſſendi deũ. qꝛ iam erat
deꝰ eternalr. Sicut de te ph̄e. ſi rex vel impa-
tor faceret te militē. mõ tu incipes eſſe miles.
ſz non incipes mõ eſſe hõ. Dixit impator. iſta
eſt magna rõ. Et ph̄s obmutuit. Alius ph̄s ar
guit di. Probo ꝙ cecidiſti in errorē ſecunduz
ph̄iam. Regula eſt ph̄ie. ꝙ finiti ad infinituz
nulla eſt ꝓportio. Certũ eſt ꝙ hõ eſt finitꝰ. deꝰ
aũt eſt infinitꝰ. ergo nõ poteſt eſſe proportio.
igitur attẽdatis qd dicitis ⁊ reuocate qḋ dixi
ſtis Reſpõdit beata katherina. Uerum eſt ꝙ
finiti ad īfinitũ nulla eſt ꝓportio menſuratiua
ſz cauſatiua bene vel cõtentiua. Jta ꝙ in chri
ſto deo ⁊ hoie non eſt ibi proportio hum[illegible]nita
tis ad diuinitatē menſuratiua. ſz cauſatiua qꝛ
diuinitas eſt cã humanitatis. ⁊ contentiua: qꝛ
ſuppoſituz diuinũ ꝯtinet humanitatē. Jſte ra
tiones ⁊ argumẽta tangunt in eiꝰ vera hiſto-
ria ſeu legẽda. Et ph̄s ñ potuit replicare. ⁊ de
clinato capite aliꝰ ph̄s ait. Uos dicitis: Jeſus
voluit incarnari naſci ⁊ pati ꝓ ſolutione hoiuz
Cõtra. Fruſtra fit per plura quod põt fieri ꝑ
pauciora. Certũ eſt ꝙ ſi ille ieſus erat deꝰ: ſo-
lo velle vel v̄bo poterat ſaluare. qd ergo opor

tuit euz tot pati. Rñdit btã katherina. [illegible]he
qñ dr fruſtra fit. Uerum eſt ſi ita bene fiat. ſed
aliqua ſunt que cũ magno labore fiunt que ſu
bito non ita bene fierent. Certum eſt ꝙ in deo
nulla eſt qualitas ſz ſua mia ⁊ iuſticia ſunt ſua
eſſentia. Et in oib̄ꝰ opib̄ꝰ ſuis oñdit ſimul ſuaz
miam ⁊ ſuã iuſticiã. qꝛ ſicut nõ põt dimittere
ſe: ſic nõ põt dimittere ſuã miam nec iuſticiaz.
Si. n. ſolo v̄bo ſaluaret oēs. maxima mia fuiſ
ſet. ſz vbi eſſet ſua iuſticia. Si vero damnaſſet
oēs. fuiſſz maximꝰ rigor iuſticie ſz vbi fuiſſz ſua
mia. Jdõ voluit incarnari naſci ⁊ pati. vt ſemel
apperet ſua mia. vt ipſe amore nr̄i pateretur
qui in nullo demeruit. ⁊ ſua iuſticia ſoluēs pre
cium iuſtum. i. ſanguinez ſuum pro noſtra re-
demptione. Et ph̄s nõ habuit replicam. Aliꝰ
dixit. Uos dicitis ex vna parte ꝙ eſt vnus de
us. ⁊ ex alia dicitis ꝙ ſunt tres perſone. Ecce
hic ꝯtradictio manifeſta. qꝛ q̄t ſunt ſuppoſita
tot ſunt eſſentie. Rñdit beata katherina ꝙ ſit
vnꝰ deꝰ nõ eſt dubiũ. ſz ꝙ ſint tres ꝑſone. pater
filius. ⁊ ſpũſſctũs. oñdo ad oculum in ſole: vbi
eſt pater generans qꝛ qui gñat pater põt dici.
Ecce ſubſtantia ſolis que de ſe generat radiuz
⁊ radius genitꝰ [illegible]t dici filiꝰ. Et ſuba ⁊ radius
ſpirant calorē. ſpiratꝰ. n. ſpũſſctũs poteſt dici.
Jdez in deo. Ali[illegible] dixit. Jſta pu[illegible]t loq̄r ⁊
neſcit qd dicit. Nã credo ꝙ ſtulti[illegible] gens mun
di ſunt xp̄iani primo qꝛ adorant panē ⁊ come
dunt illũ que dicunt deũ eē. Ecce ſtultitia: nec
oz mũd[illegible] ſuſtinere hoc rñdit. b. Ka. Nos nõ
adora[illegible] ſz xp̄m infra hoſtiam. qꝛ dictis
v̄bis a xp̄[illegible] virtute diuina nõ rema-
net ibi pa[illegible] ſz corpꝰ xp̄i ꝯtine[illegible] illã corti
nam albaz queadmodũ impator in tẽplo ſtat
infra cortinas ⁊ adorat a militib̄ꝰ. ſz nõ videa
tur. tñ creditur ibi eſſe. ita ⁊ nos. Jtē qñ frãgi
tur hoſtia i trib̄ꝰ ptib̄ꝰ queadmodũ in paſſiõe
humanitas fuit diuiſa in tres partes. i. ſangui-
nis: corpis: ⁊ aie: nõ frangit xp̄s. ſz vt ſi frãgitur
ſpeculum non frangit imago. Dicebant mili-
tes. Magnã rõnem hz iſta domicella. Jtem
xp̄s nõ ē ibi cibꝰ q in ſtomacho corpis recipia
tur in digeſtionē ſz in memoriã ignee charita
tis. [illegible]e dixit impatori. Dñe iſta reprehẽdit
vos qꝛ adoratis ydola ſeu ymagines. idõ reſpõ
dit btã kathe. Nos non adoramus imagines
ſicut nec tu adoras lr̄as. ſz q̄ro quare tu tenes
lr̄as. rñdit. vt reducant mihi ad memoriam ⁊
repñtēt facta ꝑterita. Et. b. Ka. ait. ⁊ pp hoc ēt
nos tenemꝰ imagines ad repñtandũ ⁊ redu-
cendũ ad memoriã. Qñ. n. videmꝰ crucem re
pñtatur nobis paſſio chriſti. ⁊ reducimus ad

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

memoriam illud tm̄ beneficium. Sicut nota
bile opus impatoris depingitur vel ſcribitur
vt memoreť. Tūc fuit verificata in. b. Ka. illa
ꝓphetia xp̄i dicētis. Ego dabo vobis os ⁊ ſa
piam cui non poterūt reſiſtere ⁊ ꝯdicere oēs
aduerſarij vr̄i. Lu. xxi. Rethores. n. tacebant
vt muti. Et impator iratus dixit. Et nunquid
dicebatis ꝙ vnꝰ diſcipulus vr̄ minimꝰ fuiſſet
ſufficiēs. quare vocaui vos tot ſapiētes. Tūc
ſurrexit vnus de ṗncipalibꝰ dicens impatori.
Nunꝗ aliquis auſus fuit ſe nobis compare.
nec nobiſcum diſputare. ſ; ex quo ſpūſſctūs lo
quitur in ore iſtius domicelle. niſi ſectā deoꝝ
ꝓbabiliorem oñderis. ecce oēs conuertimur
ad xp̄m ⁊ flexis genibꝰ ad pedes. b. Ka. ꝯfite
bantur xp̄m veꝝ deum ⁊ hoiem ⁊ mundi ſal
uatorem. Et fuit cōpleta ꝓpha. Jere. xv. Si
ſeparaueris ṗcioſum. ſ. fidem xp̄ianam a vili. ſ. a
ſecta paganica quaſi os meū eris ꝯuertentur
ipſi ad te ⁊ tu nō cōuerteris ad eos. Tunc im
perator vt rabidus ſicut debuit ꝓtulit ſniam
ꝯ. l. rethores vt cōburerenť ſtatim. Qui di…
runt. b. Ka. erit periculū ſi ſine baptiſmo …
riamur. Rñdit ex q̄ nō poteſtis recipe ſcti…
baptiſma: martyriū ſupplebit ⁊ erit vobis in
bapti…num. Dicať mir… ꝟlu; quō fuerūt ille
ſi ab igne… ui nec veſtes n… capillos capitis
combuſſit n… ſenſerunt dolorem in morte ſ;
ſicut ſine dolore hō ſpirat anhelitu;. ſic tradi
derūt animas ſuas in manibꝰ angeloꝝ. Ecce
victoria diſputationis phice. Et poſſumus di
cere. b. Ka. Diffuſa eſt grā in la… tuis ⁊c̄.
Dic̄. b. Greg. ꝙ bona vita oñd… …id ⁊ quō
homo d; loqui. ¶ Tertia diſpu… …o ⁊ fortior
fuit tyrānica terribiliter. Nam videns impa
tor ꝙ multi ꝯuertebantur ex miraculo cū blā
dis verbis aggreditur eam. dicēdo. Tu deci
piſti iſtos phos cū tua eloquentia ⁊ ſcia ⁊ me
reris morte;. Sed ſi vis adorare idola remit
tam tibi mortem ⁊ eris vxor mea ⁊ faciā tibi
imaginem. Uidens ꝙ nihil faciebat ſic fecit
quattuor argumenta ꝯ ipſam. Primum fuit
per locū a dolore. ſ; ipſa rñdit per patientiā.
Secundum fuit per locu; ab horrore. ſed rñ
dit per confidentiam. Tertium fuit p… …cu;
a terrore. ſ; reſpondit per ꝯſtantia;. Quartū
fuit per locu; a timore. ſed rñdit per perſeue
rantiam. Primu; fuit qñ nuda fuit poſita in
eculeo ⁊ cum ſcorpionibꝰ percuſſa. Dicať pra
ctica quō riui ſanguis decurrebant. ⁊ ipſa r…
dit per patientia; dicendo Jeſus Jeſus. Nō
ſunt ꝯdigne paſſiones huius tpis ad futura;
gloriam Rom̄. viij. Secundu; fuit qñ poſita
fuit in carcere tenebroſo ⁊ fetido vt terrereť.
⁊ ꝙ non dareť ſibi cibus nec potus duodeci;
diebus vt ibi moreretur fa…e. ſed rñdit per con
fidentiā. Et venerunt angeli ⁊ illuminauerūt
carcere;. ⁊ in noie ieſu curauerunt vulnera ⁊
plagas. ⁊ qualibet die portabant ſibi cibum.
Quod videntes regina ⁊ porphirius cōuer
terunt ſe cu; ducentis militibus. ⁊ poterat di
cere. b. Ka. cum dd̄. Dñs regit me ⁊ nihil mi
hi deerit in loco paſcue ibi me collocauit. 3m
fuit per locum a terrore. Jmperator credens
ꝙ eſſet mortua qñ vidit ea; dixit. Quis dedit
ſibi cibū. ⁊ voluit occidere cuſtodes. ſed xp̄s
prouidit ſibi. Jmpator autem ſpumans ⁊ co
gitans quale tormentum ſibi daret. dix… …
ſibi aliqui ꝙ faceret duas rotas voluentes ſe
vna ꝯ aliā vt terrereť: non ſolum. b. Ka. ſed ⁊
alij xp̄iani ⁊c̄. Huic argumento rñdit per cō
ſtantiam di. Ecce. n. deus adiuuat me ⁊ dñs
ſuſceptor eſt aie mee. Quartū fuit per locum
a timore. Dicit phs ꝙ vltimū terribilium ter
ribiliſſimu; eſt mors. Qñ. n. imperator vidit
ꝙ oēs conuertebanť viſis tot miraculis ⁊ de
occiſione gentilium a rotis ṗcepit ſibi caput
am…tari. Tunc. b. Ka. rñdit per perſeueran
tiam … flexis genibꝰ orauit regratiās deo. de
caſtitate in qua cōſeruauit eā ⁊ de victoria. ⁊
de perſeuerā… finali. ⁊ orauit pro ſui memo
riam agentibu… … …ox de celo dixit.
Ueni electa mea. Ecce tibi …udinis ianua
aperitur. His vero qui paſſione… tuam cele
brabu… opem de celis promitto. Et mox de
colla… eſt fluxitꝗ lac pro ſanguine in ſignum
virginitatis. Accedentes aute; angeli viſibi
liter corpus eius ⁊ caput per aera detulerūt
in monte; ſynay ⁊ ibi fabricato ſepulchro an
gelicis manibus honorifice ſepelierunt. vbi
inter innumera miracula que fiunt ibidem.
vnum eſt inſigne ꝙ de ſepulchro ipſius oliu;
dicitur inceſanter emanare. Et poſſimus dice
re ſibi. Ecce angeli acceſſerūt ⁊ miniſtrabant
ei. Matth. iiij. c.

F I N I S

Ve…tijs per Jacobum de Leucho. Jmpen
ſis v…ro Lazari de Soardis die. xij. nouēbris
M. cccc. xcvj.
Conceſſum eſt eidem Lazaro ab Jlluſtriſſi
mo Senatu veneto: ne cuiꝗ hunc librum li
ceat imprimere intra eorum dominium ſub
pena vt in gratia ⁊c̄.

Laus Deo.

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Lector ad beatum Uincentium

Nunc tua vincenti ſacri monumenta laboris
In paruo poterunt codice multa legi.
Hinc totum facili ductu peragraueris orbem.
Et poteris cuiuis non grauis eſſe comes.
Hoc tibi ſancte dedit en lazarus ille ſoardus
Qui ſolus patrium nomen in aſtra gerit
Funde preces igitur: vt qui tibi tanta miniſtrat
Poſſit in eterni regna venire patris.

Ad lectorem

Uincenti ſacros ſi cupis libellos
Quos ſancto cudit flamine coactus:
Lazarum pete quem dicunt ſoardum
Qui plus ꝙ credas imprimit fidelis:
Non parcit nummis vt errata limet
Et falſis obſtet ſpernit hic labores:
Quare ſi ſapis o iocunde lector
Uincenti ſacros quere nunc libellos.

Beatus vincentius ad lectorem

Si qua tuum lector deformat menda libellum
Lazarus in culpa non fuit ille meus.
Sed rudis quicunqꝫ ſiet q[...] grammata preſſit:
Indoctas paſſa eſt noſtr[...]bella manus.
Nec facit hoc aliter veneta[...]calcat in vrbe:
Ruſtica nam tm̄ comp[...]it iſta manus.

F I N I S

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)